

DECISIO XXXV.

167

*In præjudicium servitutis ædifica-
re non licet. ibi.*

*Potest quis in suo ædificare, licet
vicino lucrum adimat. ibi.*

5 *Interpretata l. fluminum §. fin.*

*Ita alte puteum aperire, ut paries
stare non possit, non licet.*

Debet abesse animus nocendi. ibi.

Æmulatio, quādo præsumatur. ibi.

*Modica utilitas non tollit suspicio-
nem. ibi.*

6 *Aliud est damnum dare, & aliud*

lucrum adimere.

*Quando venæ aquæ ex meo fundo
procedunt, non dico damnum da-
re, sed lucrum adimere. ibi.*

7 *Confutatur hæc sententia.*

8 *Licet aquam avertere, si non ani-
mo nocendi fiat.*

*Puteus novus respectu parietis de-
bet distare per quinque pedes. ibi.*

9 *Quando puteus nocet publico fonti,
non potest aperiri.*

DECISIO XXXV.

**De eo, qui aperit puteum in suo fundo, quando noceat fonti publico, vel
vicini puteo.**



Rope hanc aliam urbē fons est publicius, juxta quem M. lapidicinam aperuit, à qua cum lapi- des extraheretur, fossaq; magna aperta esset, uber- rimus aquæ fons prodijt, quem dictus M. in suos agros dirivavit: urbis Syndicus se opposuit petens, ut fossa clau- deretur, quia ex ipsius apertura venæ publici fontis incisæ erant cum publi- ci usus incommodo. Reus loci distan- tiā allegabat, & quia ex juris fontibus haurienda est, decisio præsentis hæsi- tationis, ad illam jura sequentia notanda ducebam.

1 Ponderanda sunt verba Ulpiani in l. fluminum §. fin. ff. de damno infecto, ibi: *Vt puta si in domo mea puto aperio, quo aperto venæ puto tui præcisæ sunt, an teneas, & ait Trebatius non teneri me dam- ni infecti: similia sunt verba ejusdem Ul- pianii in l. i. §. denique ff. aq. pluvia ar- cend. ibi: Cum eo, qui in fundo suo fodens vicini fontem adverterit, nihil posse agi, nec de doli actione est: eadem verba repetit idem Ulpianus in l. Proculus ff. de dam-*

no infecto, ibi: *Aut vicino suo agro cuni- culo, aut fossa aquam meam evoces, &c.* Quæ jura plane videntur probare, lici- te potuisse Reum puteum aperire in fundo suo, quando ea intentione facit, ut sibi prospicit. Quæ est utriusque censu- ræ trita resolutio, quod in suo quisque potest ædificare ad sui utilitatem, quam- vis inde damnum vicino inferatur. Ita ibi resolvunt DD. & in l. altius C. de servit. & in l. si tibi ubi Paulus eod. tit. Imola post alios in l. si cum dōtem §. mulier 8. ff. sol. matrim. Cepola de servit. urbanor. cap. 80. Bald. in l. item lapilli col. 2. ff. de terum divis. Curtius Senior conf. 33. col. fin. idem Cepola d. cap. 47. in medio, vers. quid si in domo, Corras. in l. quoties ff. de servit. num. fin. fol. 340. Cujus re- solutionis ratio petenda est ab eodem Ulpiano in citatis locis; quia rei suæ quilibet moderator est, & in ea licet li- berè ædificare, neque damnum tertij in consequentiam deduci impedimen- to est, quia injuriam non facit, qui suo jure utitur, l. injuriarum §. i. ff. de injur. l. illud ff. de petit. hæred. notatur in cap. cum Ecclesia Vulterana, de elec- tione:

DECISIO XXXIV.

etione: aliter enim impediretur rei propriæ liber usus , quod est contra propriam dominij dissinitionem , de qua Bart. in l. si quis vi §. differentia num. 4. ff. de acq. poss. Soto de just. & jur. quæst. 1. art. 1. lib. 4.

2 Insuper, quando dominus fundi in eo aperit puteum , principaliter ut sibi ipsi prospicit, utilemque reddat fundum, juri convenit tertij præjudicium sibi impedimento non esse , cum id solum, quod principaliter agitur, attendi debeat, arg. notatorum per Jas. in l. 3. n. 4. ff. de testam. Decium conf. 271. ad tin. & probatur in cap. super eo de præbend. in 6. l. 1. ff. auth. tutor. Ex quibus ædes proprias potest quis in cælum levare, licet officiat vicini luminibus juxta text. & ibi notata in d. l. altius l. fin. in princ. ff. de servit. l. cum eo l. Imperatores ff. de servit. urban. prædior. l. si quis §. si jussero vers. in opere ff. quod vi aut clam. Quod verum est, etiamsi lumina prorsus obturentur, ut in d. l. cum eo, quam ad hoc citat Menes. in d. l. altius num. 25. & est bonus text. in d. l. Proculus 26. ff. de damno infect. quatenus hos duos casus exæquat, aquam averttere, & luminibus officere.

3 Cum igitur licet usque ad cælum ædificare, quamvis vicino damnū inferatur, consequens est, etiam è converso licere terram propriam fodere, & puteum aperire usque ad centrum, ut resolvit Cepola de servit. urban. cap. 45. Ubi ait, quod ad cælum, & ad centrum licet penetrare, Bald. in l. item lapilli ad fin. ff. de rerum divis. Paulus vol. 2. conf. 4. Sicut è converso in alieno fundo nec superædificare licet, nec subter, nisi quærendi auri, vel argenti causa; quia hoc casu permisum est ob bonum publicum l. cunctis, & ibi gloss. C. metal. lib. 10. junct. l. 1. & l. quosdam eod. tit.

4 Cui resolutioni non obstat text. in l. Trebatius 25. ff. de damno infect. ubi damnum dare dicitur, qui luminibus officit: sic ergo etiam qui aquam avertit aperto puteo, ex æquiparatione d.l. Proculus, gloss. in d.l. Trebatius, di-

versimode nodum solvit, causa dicere quod Trebatius corrigitur à Proculo, ab Ulpiano relato ibidem in l. seq. in fin. verbis, ibi: Mihi videtur vera Proculi sententia: quod non sine mysterio videtur ab Ulpiano subiectum: sed quia correctio vitanda est, gloss. in d. l. Trebatius aliter respondet, quod ille textus procedit stante jure servitutis altius non tollendi. Quo casu damnum daret ædificans, si luminibus officeret, in quo gloss. magis communiter recipitur, quia in præjudicium servitutis nemini ædificare licet, l. servitutes §. si sublatum, vers. si servitus ff. de servit. urbanor. Menchac. quæst. forens. cap. 58. num. 29. Duenas d. reg. 33. fol. 7. Menoch. lib. 2. sentent. cas. 156. Menes. in d. l. altius num. 24. ubi num. 23. citat. Socin. conf. 105. n. 1. lib. 1. Verum & divinare videtur hic intellectus, cum intextu nec verbum de servitute constituta. Atque ideo verior videtur sensus gloss. quod Trebatius à Proculo correctus fuerit, quod suadetur si post d. §. fin. continuativè legamus d. l. Trebatius, & l. Proculus, quasi sint versiculi legis præcedentis, cum Ulpianus omnium author sit.

Quo sic præhabito considerari potest, quod Ulpianus postquam in d. §. fin. resolvit: aperientem puteum non damnum facere, subjungit Trebatij sententiam, qui in simili respondebat officientem luminibus, damnum dare, à quo ut recederet, Proculi sententiam refert, quam sibi magis placere firmat, quia damnum non facit, qui suo jure utitur, quamvis vicino lucrum adimat. Et secundum hunc sensum sumus extra casum correctionis, quando Trebatius ab Ulpiano in argumentum pro parte contraria adducitur, non in vim legis, qui arguendi modus Jurisconsultis peculiaris est.

5 Obstat tamen text. in d. l. fluminum §. fin. in fin. ibi: Si tam altè fodiam in meo, ut paries tuus stare non possit: &c. ex quo constat puteum non licere aperire ita altè, ut venæ aquæ alienæ præcindantur, cuius natura est semper de- / cende-

cendere : quāmōbrem quemadmodum in illo vers. fin. non licet ita alte puteū fodere , ut paries stare non possit ; ita pariter non ita alte licet aperire , ut aqua avertatur , quia tunc ex opere cōstat animo nocendi foveam apertam fuisse, & dolose : quæ est ratio , quam ponderat d. l. i. §. denique ff. de aq. pluvia arcend. ibi : *Si non nocendi vicino, sed suum agrum meliorandi, id fecit :* & ibi notat gloss. i. & DD. commun. Menesius in d. l. altius num. 28. multa Ias. in l. ex hoc iure ff. de justit. à num. 7. Bart. in l. quominus ff. de flumin. inferens non posse quempiam divertere aquam à solito cursu animo nocendi , Alex. conf. 174. num. 6. lib. 2. Ias. in ead. l. quominus num. 23. & in l. de pupillo , §. miniffe ff. de novi oper. ante num. 9. Gomes l. Taur. 46. num. 8. Aymon. de antiquit. folio 181. num. 27.. quorum meminit Menes. Æmulatio autem tunc præsumitur , quando aqua non prodest puteum aperienti , vel fossam : explicat Paulus in d. l. altius , ubi Menesius num. 22. qui dicit communem , Alciat. reg. 3. præsumpt. 23. Gomes l. Taur. 46. num. 8. Menchac. quæst. forens. cap. 58. num. 30. gloss. l. 19. tit. 32. part. 3. Ripa in d. l. quominus num. 29. sufficit enim parum prodesse, ut casset linistra; suspicio ex Alciat. præsumpt. 23. in quo tamen contra communem fuisse locutum tenet Menes. d. n. 22. ex Auth. Cepolæ de servit. urban. cap. 39. n. 3. Socin. conf. 30. num. 3. vol. 4. Decius conf. 537. n. 8. maxime quando grave vicini fit præjudiciū. Quæ quidē opinio videtur securior, & æquior, ut modica utilitas non sufficiat ad tollendam dolii suspitionē, & æmulationem, quando præpondet vicini præjudicium, prosequitur Menoch. lib. 6. præsumpt. 29. à n. 23. & seqq. idem Menoch. de arbitrar. cas. 156. n. 8. Gail. lib. 2. observ. 69. n. 17.

6 Ad text. itaque in d. §. fin. videtur dicendum , quod in præcidendis venis aquæ , aliud sit damnum dare , & aliud lucrum tollere, quæ est distinctio text. in d. l. Proculus, ubi explicans Tre-

batij sententiam, de qua d. §. fin. dicit, quod solum procedit , quando ædificans admittit lucrum, non autem damnum dat: primo casu vicinus non prohibetur ædificare in suo ; in secundo vero prohibeatur. Unde Paulus in l. si tibi C. de servit. & aqua eleganter resolvit lucrum, de quo agitur, in dictis juri bus versari in eo, si consideremus venam aquæ à meo fundo nasci , & procedere. Quo casu si foveam aperiam , ut mea aqua utar, lucrum vicino adimo, non tamen damnum do : quia aqua ad tuum profluebat puteum , quandiu ego non aperiebam, & eo aperto non dicit damnum dare, sed lucrum adimere , quod tamen ex vena aquæ procedente ex meo fundo faciebas. Et propterea in l. Proculus, asserit Ulpian. quod quando lucrum adimo , possum puteum aperire , non vero si damnum dem , quod consideratur, quando aquæ vena ex tuo proprio fundo procedit, aut forsan ex publico , vel constituto iure servitutis , his enim casibus, si aqua avertatur, damnum do, quia idem est super terram , vel subtus terram, l. i. C. de interdict. Sicque videtur procedere d. l. fluminum in §. fin.

7 Sed adhuc obstat, quod secundum hunc intelligendi modum, non videtur bene se habere Ulpiani respōsum, dum generaliter loquitur, quia ratio contingit , ut qui puteum habet ex venis , quæ ex fundo vicini profluunt, non possit se tueri iure servitutis, cū servitus etiā in his, quæ super terram sunt , vel subtus terram profluunt, detur, ex d. l. i. C. de interdict. Unde solum habebit locum , quando adhuc legitimū tēpus ad præscribendum non profluxerit. Deinde quia illa distinctio damni , vel lucri non videtur posse stare, quia lucrum jam radicatum non differt à damno, l. 3. C. de jur. & fact. ignor. Ias. in d. l. quominus num. 48. DD. in l. nō amplius in princ. ff. de legat. 1. quia radicatum lucrum est ex patiētia domini, quæ titulū cōstituit l. 2. C. de serv.

8 Unde verius videtur in d. §. fin. indistincte dici, licere aquam averttere , quando non dolo fit , sed utendo iure

proprio ; quia lucrum principaliter intenditur , licet per accidens damnum sequatur : unde ibi solum succurritur per actionem damni infecti , quando paries corruere potest , non vero circa aquæ aversionem . Nec illa consideratio , quod sit differentia constituenda , quâdo aqua provenit ex fundo meo , ut tunc liceat venas incidere , nō vero quando è fundo vicini , recte videtur posse accommodari , quia non satis investigari potest , unde aqua profluat , cù per absconditos terræ meatus dirivetur . Deinde licet secundū artem auspicari possimus aquæ caput , & originem , tamen adhuc sufficit , ut vicinus sit in possessione putei , & aquæ jure servitutis constitutæ , vel contratus , vel temporis , ut ait text . in d . f . denique , ut sua possessione , & usu aquæ privari non possit , cum & subtus terram etiam servitus sit , d . l . i . C . de interdict . & eo casu etiam damnum consideretur , licet venæ à vicini fundo dimanent . Unde dum Trebatius lucrum , & damnum considerat , debet accipi secundum utilitatem in suo forsan aperientis , ut non possit nocere , quando eo animo faciat , nec de utilitate constet , vel quando paries ruat , quia circa ruinam solum damnum consideratur sine ulla fodientis utilitate . Unde puteus novus respectu parietis debet distare à limitibus agri alieni per quinque pedes , ut in l . fin . ff . fin . regund . l . milie passus ff . de verbis . signif . ne parieti nocere possit , vel secundum altitudinis mensuram , ex Cepola de servit . urban . cap . 80 . in princip . respectu vero aquæ nulla distantia præscribiur .

9 Quando autem ex fossa facta intra limites fiat nocumentum publico fonti , qui ad communem usum paratus est , videtur tali fonti noceri non posse ex ædificio , vel puteo à vicino aerto in suo fundo , ex Alberic . in d . l . alti s argum . l . opus novum ff . de oper . public . sequitur Angel . in l . cum eo ff . de servit . urban . Florianus in l . Sabinus num . 2 . ff . commun . divid . requiritur

enim tempus immemoriale , ut publica præscribantur , l . usum aquæ , & ibi gloss . C . de aquæduct . lib . 11 . Gregor . l . 7 . tit . 29 . part . 3 . gloss . 1 . num . 1 . Avend . de exeq . cap . 12 . num . 5 . & 6 . Azeved . lib . 7 . l . 3 . num . 18 . notant DD . in l . 3 . § . ductus aquæ ff . aqua quotid . Unde in præsenti placuit sic judicandum 7 . Novembris 1616 .

Postea anno 1618 . alias casus incidit in Senatu valde similis . Agebat ejusdem Almæ Urbis Syndicus contra D . de Ayala , quod puteum aperuisset , quo aqua publici fontis Regij divertebatur , in quo de præscriptione hujus juris plene actum fuit : & diximus , quod Rea poterat aqua uti , ut ab antiquo utebatur , quia probatur puteum ætate antiquiore publico fonte , & ab ipso aquam dirivari in fontem publicū , non è converso : quod si de sola præscriptio agendum foret , adhuc in eo casu locum habere posse dicebamus , quia ea , quæ sunt publica de jure gentium , quoad usum omnium populorum pos sunt præscribi , juxta l . si quisquam ff . de divers . & temporal . præscript . facilit deinde text . in l . usucapione 9 . ff . de usucaption . Ubi agitur de his , quæ sunt publica Iure Civili , prout quæ sunt populi , vel civitatis : & tamen præscribi posse probat l . omnes ad fin . C . de præscript . 30 . ibi : *Vel publicum* , l . ultim . C . de sacrolanct . Eccles . l . ultim . C . de feud . patrimon . lib . 11 . Nec aliud probat d . l . si quisquam , quia licet jus piscandi , & venandi sit publicum , tamen ex justa causa potest Princeps hoc immutare , & efficere , ut talis usus publicus esse desinat , & fiat privati : vel ut certis temporibus , vel locis piscari liceat , l . vendor 14 . in princip . ubi gloss . 4 . ff . cōmunia prædiorum , l . quominus ff . de flumin . ibi : *Nisi Imperator* , &c . observat Bart . in rubr . ff . ne quid in flumin . public . post alios Covar . in reg . peccatum § . 8 . à num . 1 . & 10 . Rolad . cont . 9 . & 22 . lib . 2 . Sicque accipi debent , quæ de conciliacione d . l . si quisquam cum l . fin . C . de præscription . long . tempor . per DD .

in

in §. flumina Instit. de rer. divis. & in l. injuriarum 13. vers. si quis ff. de injur. Balb. 4. part. in princip. à num. 19. Conanus lib. 3. cap. 15. col. 2. Forcatulus dialog. 85. Aymon. de antiquit. 4. part. cap. materia à num. 80. & 82. Avend. lib. 1. de exequend. cap. 12. num. 11. Soares allegat. 16. num. 3. & alleg. 17. num. 5. Zazius in Antinom. part. 2. num. 1. Menchac. illustrum cap. 89. à num. 13. quia d. l. si quisquam procedit habito

titulo à legitimo superiore ; qui licet possit non esse validus, præstat bonam fidem, & usucapiendi conditionem : at vero d. l. fin. procedit deficiente dicto titulo, ut per supra citatos.

Quare cum in præsenti detur continua per prædecessores possessio titulata, qua domus possidebatur, & putes insimul, placuit talem possessionem hoc titulo sufficere, ut præscriptioni locus esse posset.

SUMMARIA.



1 *Vi contra jura mercatur, contrahit mala fidem.*

2 *Decreti defectus suppletur ex tempore, non mala fides.*

3 *Lex potuit ratos habere contractus minorum impleta legitima etate.*

In hac ratihabitione non confirmatur actus, ut ex nunc. ibi.

Contractus habetur, ac si modo gestus esset. ibi.

Vel actus ex solemnitate, vel ex

causa deficiat, à legè confirmatur ibi.

4 *Hæc confirmatio non operatur circa lesionem.*

Mala fides non datur, quando contractus oppugnatur ex defectu solemnitatis. ibi.

Lex extinguit actionem agentis ibi.

Mala fides non datur propria, ubi sola datur scientia rei alienæ. ibi.

L. fin. C. si maior factus, procedit etiam de jure Canonico.

DECISIO XXXVI.

An emehs rem à minore sine tutoris autoritate possit prescribere attento jure novissimo propter malam fidem ? Ad Ordin. lib. 4. tit. 79.



Nte 25. ætatis suæ annum vendiderat Ægidius Eannes da Sylveira, qui modo Senator hujus supremi Senatus est meritissimus, domum,

quæ in inventario æstimata fuerat in 100. mille nummis: post trigesimum annum elapsum à tempore venditionis, per viam reconventionis eandem domum revendicabat. Reus

se defendebat longissimi temporis cursu , quam exceptionem reconveniens elidebat , quod l. fin. C. si maior factus alienation. non procedit de jure Canonicō propter malam fidem , quam contrahit ille , qui cōtra jura mercatur , spreta legum solemnitate . , quæ formam aētus inducit , ne bona minorum sine judicis authoritate , & tutoris distrahitur sub pæna nullitatis , quia omissa formalī solemnitate actus ipse corruit , ex reg. l. Iulianus §. si quis rem ff. ad exhibēd. facit. reg. qui contra de reg. jur. lib. 6. l. quemadmodum C. de agricol. citat plura Nata conf. 295. per tot.

2 Ex quo sit , quod licet temporis cursus supplere posset decreti defectum , non tamen malam fidem , qua stante , prout eam in omni contractu admittit , cap. fin. de præscript. Ordin. lib. 4. tit. 79. in princ. Cened. ad Decretal. collect. 50 à num. 1. Balbus de præscript. part. 3. q. 13. à num. 2. Gabriel lib. 1. commun. tit. de præscription. conclus. 1. à num. 53. Mexi. taxa panis conclus. 1. n. 134 Gutierr. Canon. lib. 1. cap. 34. à n. 68. utique possessor nullo tempore juvari potest , ex Gabriel sub tit. de minorib. concl. 4. ad fin. ubi citat Butrium conf. 45. Quod non solum in rebus præscribendis , sed & actionibus observatur , ut per gloss. 3. in d. cap. fin. ubi Felin. num. 5. Bart. 24. in l. omnes populi ff. de justit. & jure , communis ex Covar. in reg. possessor 2. part. §. 11. num. 3. Dueñ. reg. 6. Menchac. success. creat. §. 10. num. 26. & illustr. cap. 76. num. 1. Tiraquel. de præscript. gloss. 2. Padilha num. 42. in l. 2. C. de servitut. idem Gabriel lib. cōmun. sub tit. de præscript. conclus. 3. Addit. ad Bernard. Dias reg. 578.

3 Cumque in ipsius reconvenientis favorem sententia lata fuerit , causa delata fuit ad Senatum , ubi prior Senator confirmabat , ego contrarium sentiebam : & pro veritate eruenda notandum duxi , quod potuit lex in bonum commune ad præcidendas lites statuere , ut contractus à minoribus gesti

impta legitima ætate ratihabéantur , ita ut amplius convelli nequeant : voluit gloss. Bart. & DD. in d. l. fin. Paris. conf. 59. vol. 1. Alex. conf. 117. volum. 5. num. 2. Menoch. in tract. de recuper. remed. 15. num. 149. & 156. idem conf. 439. à num. 40. Cephalus conf. 315. à num. 25. lib. 3. Dominus pater meus verbo si intia legitimam à num. 21. citato Paris. conf. 33. num. 29. volum. 2. & conf. 49. num. 86. vol. 1. Capic. decis. 92. quibus addo Gamam decis. 76. & 275. ubi bona additio Gutierr. lib. 2. pract. cap. 134. num. 2. Surdus conf. 49. num. 29. lib. 1. ultra Gomes de contrac. tib. 2. tom. cap. 4. n. 11.

4 In hac tamen ratihabitione , illud notabile est , quod licet ratum habens ante à se , vel suo nomine gestum à principio actum confirmet , quia cum ratihabitio fiat per fictionem translatiā , requirit conjunctionem duorum extremorum , quod sint habilia , per quæ à principio nomine ratum habentis censeatur celebratus , Dueñ. reg. 378. ampl. 3. Bart. in l. si is qui per emptore num. 4. ff. de usucaption. Tiraq. de retract. tit. 1. §. 1. gloss. 10. n. 69. & 72. Nihilominus tamen in hac ratihabitione , cum principium non habeat habile , quia ille actus à principio nullus est , cū geri non potuerit sine tutoris , & judicis authoritate , ideo non retrotrahitur , sed à lege singitur novus consensus , à quo ille actus incipiat , ac si de novo contractus celebratus esset : prout ex nunc explicat D. pater meus in verbo infra legitimū , n. 21. vers. ex quibus , & n. 23. sequitur Paris. conf. 49. n. 61. vol. 1. Licet Decius conf. 209. n. 4. quem sequitur Menoch. d. remed. 15. recuper. n. 156. dicant , quod confirmatur ex tunc quasi ex ratihabitione , quæ necessario retrotrahitur. Quorū opinio videtur explodenda , quia in hac lege ratihabitio non est propria , sed quædā quasi ratihabitio , cum ex confirmatione , & novo consensu contractus habeatur , ac si modo à maiore factus esset , per quod utiliter etiam sustine-

sustinetur contractus præcedens , quasi gestus sub illa conditione , nisi contrahens intra legitimam ætatem contraveniret. Unde vel ex solemnitate , vel ex causa contractus deficiat , omne illud vitium purgatur ex superveniente consensu , ad quod quidem oportuit legis authoritatem admoverti , ut jus nullitatis , & restitutionis tolli posset , causatum ex falsa causa , aut læsione. Craveta conf. 102. num. 7. lib. 1. Sforcia in tract. de restitut. quæst. 5. art. 3. & 4. part. 1. Simoncellus de decretis lib. 3. tit. 9. in præfat. col. 3. Cephalus conf. 315. à num. 24. § lib. 3. D. Caldas Pereira ubi supra.

5 Unde fit , quod hæc confirmatio ita accipienda sit , ut solum operetur circa solemnitates , decretum , & tutoris autoritatem , vel causam ; non vero circa læsionem , quæ si excesserit dimidiam , ex ea , ac ex quolibet alio cōtractu intra decimum quintum annum agi potest ex Ordin. lib. 4. tit. 13. si enormissima sit , intra longissimum. Et ultra quando mala fides adsit , hæc tamen mala fides nunquam censetur dari , quando contractus oppugnatur ex defectu solemnitatum , quia quo ad hoc supposito quod lex contractum sustinet pro illo tempore , jam in contrahentibus non formalis datur mala fides , cum magis lex extinguat actionem agentis , nisi intra vigesimum quintum ætatis annum egerit , quæ extinctio etiam cum mala fide datur , vel non datur in ea mala fides ex multorum sententia , ut observat Hostiens. in summa tit. de præscript. verum immobil. §. quæres num. 4. Bart. in l. sequitur §. si viam , ff. de usu-

capion. & in l. nemo potest num. 2. ff. de legat. 1. sequuntur plures ut per Gabriel. lib. commun. sub tit. de præscript. conclus. 3. & 4. Covar. in reg. possessor. 2. p. §. 11. num. 3. Peres ad l. 3. tit. 13. lib. 3. vers. cōtrariam , Menchac. illustrum d. cap. 76. qui dicit communem. Quam tamen malam fidem eo casu ego non puto propriam , licet detur scientia rei alienæ , & cum ea extinguitur actio , ut dixi in Harmonia adversariorum juris Regij ad Ordinat. lib. 4. tit. 79. Atque hoc modo conciliari debent Doctores , quos supra retuli , prout est Nata , qui sentit d.l.fin. non procedere de jure Canonico , ut verum proferat , quando ho- die detur mala fides , quæ tamen non datur ex defectu illarum solemnitatum : sicque Menochius dum putat rati- habitionem trahi ad principium contra- ctus , quod scilicet contractus à prin- cipio valuerit , sub illa conditione , nisi in- tra tempus legitimum impugnetur , prout alias à lege sustinentur cōtractus , in quibus læsio intra dimidiam versa- tur ex l. 2. C. de rescind. de quo in l. 56. tit. 5. part. 5. ubi gloss. 4. & l. 1. tit. 11. lib. 5. novæ Recopil. ubi Azeved. Gama de- cis. 204. 256. & 259. Valasc. conf. 18. & conf. 43. & 70. à num. 4. Cabed. 1. part. decis. 34. n. 1. Covar. lib. 2. variar. cap. 2. Menoch. conf. 343. n. 16.

Atque ex his fundamentis , quibus domini sequentes accesserunt , senten- tiā revocavimus , excludendo egen- tem ex cursu temporis longissimi , quia contractus oppugnabatur ex de- fectu decreti tantum: Scriba Azevedo: 1. Iulij 1616.

SUMMARIA.

- 1  *Oloniae quando sit locus.*
Bona maioratus pos-
sunt in emphyteusim
concedi, & quando, ibi.
In novalibus facilius admittitur
emphyteusis. ibi.
Quid sit novale, vulgo de fogo
morto. ibi.
Novalis allegationem excludit pē-
sionis recognitio. ibi.
- 2 *Ius coloniae cessat, ubi constat de*
titulo emphyteutico.
- 3 *Ius coloniae an dari possit?*
Tribus modis solent coloni domi-
norum petitionem repellere. ibi.
- 4 *Ius coloniae perpetuum præscribi*
non potest.
Ampliatur etiam si præscriptio sit
immemorialis. ibi.
Nisi colonus requisitus denegave-
rit pensionem, non privatur domi-
nus possessione rei locatae. ibi.
- 5 *Colonus longo tempore præscribit*
jus, ne expellatur.
- 6 *Ius coloniae ex præsumptione elici-*
tur, quæ in hoc Regno dari non
potest.
Tales locationes in Regno fieri non

- confueverunt; ideo nec præsumi*
debent. ibi.
Coloniae præscriptio procedit etiam si
de origine locationis constet. ibi.
Ius coloniae restringi oportet, quia
cum dominorum præjudicio intro-
ducitur. ibi.
- 7 *Duobus modis quis pertendit ex*
tempore jus in re aliena?
- 8 *Quando quis intendit præscribere*
ius emphyteuticum, debet probare
uniformes præstationes.
Quando allegat titulum sibi con-
cessum emphyteusis, sufficit, ut
longo tempore probet se solvisse.
ibi.
- 9 *Ius coloniae ut constituatur, non re-*
quiruntur præstationes unifor-
mes.
Colonia præsumi potest quando
pensio respondet fructibus. ibi.
- 10 *Quando pensio est modica, quæ ad*
emphyteusim, & censem applicari
potest, dicimus emphyteusim con-
cessam.
- 11 *Emphyteusis an præsumatur ad*
vitas, vel perpetua.
In emphyteusi extincta possessore
ultimam vitam judicamus. ibi.

DECISIO XXXVII.

Utrum colonus possidens ab antiquo prædium maioratus ad titulum emphyteusis sit repellendus ad instantiam successoris, quando illud ad culturam rededit? Ad Ordin. lib. 4. tit. 36. & 79.

Possidebant ab antiquo Antonius Luis, ejusque prædecessores prædiū, seu hortum, cuius proprietas spectabat ad maioratum Melchioris à Cunha Villæ de Loures, contra quem ipse intenderat rei vendicationē, proponens quod Reus sine titulo possebat: Reus omittens defensionem tituli emphyteutici, qui videbatur ex temporis diuturnitate extinctus, confugiebat ad jus coloniæ, quod 40. annis præcrysse proponebat per se, & antecessores suos. Actor vero instabat titulum emphyteuticum præcessisse, Reumque illum occultasse, eo quod generationes erant finitæ, nec renovatio tempore debito petita, insuperque arguebat tituli nullitatem. Et his fundamentis motus judex sententiam protulit contra Reum, ut emphyteusim dimitteret.

I Primus dominus Petrus Alvarez Sanches ex autoritate doctissimi Antonij à Gama decis. 244. num. 10. & Valasc. conf. 192. num. 7. coloniam perpetuam Reo adjudicavit, ne expelli posset. Ego contrarium sensi, imò reum fore judicandum ultimam personam in emphyteusi, cum constet titulum intercessisse emphyteuticum, nec apparat an generationes finitæ sint: in cuius sententiæ confirmationem sequentia dicebam. Quod si bona non erant maioratus, ut primus dominus existimat, quia non reperiebantur descripta in institutione, non erat dubium in emphyteusim concedi potuisse, quod si maioratus erant, adhuc potuerunt sub ti-

tulo emphyteutico concedi, quia terra inutilis, ut reducatur ad culturam, potest in emphyteusim dari à possessore maioratus, ex Gama decis. 16. num. 5. & decis. 55. num. 1. & decis. 222. num. 65. maxime stante consuetudine Regni, licet in puncto juris aliud dicendum tecneat Corbulus tit. de caus. privat. ob alienation. ampl. 25. & 48. Valasc. de jure emphyt. quæst. 29. & consult. 95. n. 2. Gomes in l. 40. Taur. num. 48. citat plura Pinel. de bon. matern. 3. part. n. 65. Molin. de primog. lib. 1. cap. 21. num. 31. & lib. 4. cap. 1. num. 10. Et prior opinio sine dubio obtinebit in novalibus, quæ sumptibus, & labore coloni ad culturam rediguntur, quod pragmatici vocant, *De fogomorto*. Quod aliquando me torfit, cur ita à rusticis diceretur: & ex eo puto usurpari, quia novalia, quæ in montibus, & saltibus præcipue incipiunt, solent rusticī ferro proscindere lagonibus, ponderosisque vomeribus, arborum, & herbarum radices extirpare, & admoto igne arentis terræ cespites incendere, & cineres dissolvere, & inde prædium extinta flama, quasi ex onere conflatum nuncupant, *Casal levando de fogo morto*: ut colligitur ex Auth. de non alienand. col. 2. §. quod autem, ibi: *Sive ex igne*: id est à primo igne suscitatum: non enim aliter terra sterilis ad culturam reduci potest, & fructū producere, nisi de novo ferro procissa, atq; extirpata ignis calore quasi reformata, atque fermentata, occulto fætu turgescens fructus concipiat, atque parturiat, quod innuit Virgil. elegantissimis carminibus Georgicorum:

DECISIO XXXVII.

Sæpe etiam steriles incendere profuit agros;
 Atque levem stipulam crepitantibus urere flammis
 Sive inde occultas vires, & pabula terræ
 Pingua concipiunt: sive illis omne per ignem
 Excoquitur vitium, atque exudat inutilis humor:
 Seu plures calor ille vias, & cæca relaxat
 Spiramenta, novas veniat qua succus in herbas ;
 Seu durat magis, & venas adstringit hiantes :
 Ne tenues pluviae, rapidi ve potentia Solis
 Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat.

Et paulò infra.

Et cum exustus ager morientibus æstuat herbis.

Hanc autem terram sterilem de novo ad culturam redactam novale appellant nostri Jurisconsulti, ut in l. sylva cœdua §. novalis ff. de verbor. signif. ibi: *Novalis est terra proscissa*: licet Alciat. lib. 2. prætermis. censeat legédum præcissa, sed proprietor est prior lectio, quam M. Varonis authoritas adstruit lib. 1. de re rustica cap. 29. Rursum, inquit, terram cum primum arant, proscindere appellant, cū iterū effringere, Collumella lib. 1. Pingues campi, qui diutius continent aquam, proscindendi sunt: & Virgil. lib. 1. Georgicor.

*Et qui proscissa quæ fuscitat æquore terga,
 Rursus in obliquum verso prorumpit aratro.*

Novalis ait Varro lib. 1. cap. 19. & 21. ubi satum fuit, priusquam secunda aratione renovetur: & aliquando dicitur vervaëtum, terra vere proscissa: concinit Plinij testimonium lib. 18. Quidam, inquit, ab Æquinoctio verno proscindi volunt, quodque vere semel aratum est, à temporis argumento vervaëtum vocatur: meminit Varro lib. 1. de re rustica cap. 44. Collumella lib. 2. De jure autem Canonico novale solet appellari terra, quæ cum nusquam proscissa fuerit, nuper ad culturam fuerit redacta, text. in cap. quid per novale de verbor.

signif. in cap. tua 25. §. 1. de decimis, tradit Purpur. conf. 7. volum. 1. Quare ut terra dici possit ex igne mortuo conflata, seu erecta, requiritur, quod talis terra à memoria hominum culta non fuerit, text. in cap. 1. de verbor. signif. lib. 6. Deinde quod ille locus fuisset ante incultus, & desertus. Tertio, quod terra fuerit ad culturam redacta, ut in d. cap. quid per novale D. Ipater meus de renovat. quæst. 15. n. 33. faciunt quæ Valasc. quæst. 1. & 2. de jure emphyt. testesque debent dicere, quod talis terra erat inculta, & feris patens, & nunquam audivisse, quod fuisset culta, describitur ab Speculat. tit. de probation. 2. part. §. probare num. 20. vers. ultimo quæritur, sequitur Rebuff. in l. sylva cœdua §. novalis ff. de verbor. signif. l. si arbiter ff. de probation. Eam tamen novalis allegationem excludit pensionis recognitio præstita à posessore, quæ arguit dominium illius, cui dependitur, & ea sola sufficit ad dominij probationem, l. censualis, & ibi Bald. C. de donation. Alciat. conf. 9. col. fin. Jacobin. de feud. vers. dictique vassalli num. 21. & est receptum ex Valasc. de jure emphyt. quæst. 9. num. 8. & talis recognitio præscriptionem jam cæptam interrupit, l. in contractibus C. de non num. pecun. l. cum notissimi §. imò C. præscript. 30. vel 40. Ias. in l. quibus idem, vers. secundo modo ff. de verbor. obligat. Cravet-

ta

ta de antiq. tempor. 4. part. cap. materia ista, num. 105. fol. 173. Guido decis. 272. Guillelm. in cap. Raynutius, verbo, & uxorem, decis. 5. num. 445. & talis recognitio ligat etiam successores, ut per supra dictos.

2 Ex quibus cum in præsenti satis probatum esset, quod emphyteutica concessio intercesserat à principio, & sub illius tituli umbra prædecessores Rei possedisse cestabat illa allegatio, *De fogo morto*, & jus coloniæ ne expellere tur ex reg. text. in l. ne cui C. locati, I. dudum C. de contrah. emption. nec ob- stabant l. congruit, & l. prædia §. fin. C. de locat. prædior. fiscal. lib. 11. quia procedunt in prædijs fiscalibus, in qui- bus datur dispar ratio: explicat gloss. in d. l. ne, cui verbo locandi.

3 Deinde agendo specialiter de hoc coloniæ jure, quod in nostra tribunalia irrepfit, ita ut colonario jure. coloni suffulti possessiones veris dominis dimittere saepe recusent, cum quibus male agitur, dum talia figmenta admittuntur. Adverto, quod tribus modis solent coloni dominorum petitionem re- pellere: primo vel allegant se ex tem- pore præscriptissime jus colonatus, seu coloniæ; secundo præscriptissime jus emphyteuticum; tertio tandem cōten- dunt sibi concessam emphyteusim.

4 Primo casu, videtur sine dubio jus coloniæ perpetuæ præscribi non posse, cum is tantum, qui possidet, pos- sit præscribere, quod in colono deficit, per quem dominus possidet, tanquam suæ possessionis instrumentum, cap. si diligenti de præscript. cap. cum venis- set in fine de rest. spoliat. l. colonus ff. de vi, explicat Tiraq. de constituto à princ. Gomes l. 45. Taur. à n. 78. Molin. lib. 4. cap. 2. à num. 44. Reg. sine pos- sessione de reg. jur. lib. 6. Balb. 4. part. 4. princip. num. 37. & 1. part. 6. princ. num. 51. Peres ad l. 2. tit. 13. Peres ad l. 2. tit. 13. lib. 3. Ordin. expendentes text. in l. pignori in princ. ff. de usucap. ubi de- bitor qui per creditorem pignus possi- det, est qui præscribit, ibi: *Pignori rem*

acceptam usu non capimus, quia pro alieno possidemus, & in l. male agitur, C. præ- script. 30. & in l. neq; C. de usufruct. si- cut nec præscribit usufructuarius, ibi: *Neque fructuarium ad obtainendum pro- prietatem rerum, quarum usumfructū ha- bet, neque successores ejus, ulla temporis ex ea causa tenentes præscriptio munit.*

Quod ampliatur, etiamsi præscrip- tio sit immemorialis, quia nec per eam præscribit, qui alterius nomine possi- det, Bald. & Paulus in d. l. neque, Ias. in l. 2. C. de jure emphyt. num. 157. Balb. d. num. 37. Tiraq. ubi supra limit. 21. num. 7. Unde si colonus per longum tempus non solvat, licet dominus eo ca- su contra eum agere possit, quasi pos- sessione recipiendi spoliatus, & utili in- terdicto unde vi experiri, argum. cap. querelam de election. l. litibus C. de agricol. lib. 11. late Gomes ubi supra num. 172. Valasc. de jur. emphyt. q. 18. num. 10. Tamen nisi colonus requisi- tus solvere denegaverit, non privatur dominus possessione rei locatæ, imò adhuc retinet jus suum per eundem colonum, gloss. per text. ibi in l. 2. C. de præscription. 30. Bald. per text. ibi in l. Pomponius ff. quibus modis ususfru- ctus, Alex. num. 2. in l. quamvis §. 1. ff. acq. possess. Socin. cons. 106. num. 3. lib. 3. Tiraq. d. loco n. 6. An vero præscri- bat ipsas pensiones? Colliges ex gloss. 2. Bart. & alijs in d. l. 2. Balb. d. 4. part. n. 32. fol. 321. Cassan. rub. 11. §. 2. gloss. 2. n. 34.

5 Objici tamen potest, quod hæc procedunt circa rem ipsam præscriben- dam, non vero circa jus coloniæ, quia colonus longissimo tempore solvens uniforme præscribit jus coloni perpetui, nec jam amplius à domino ex- pelli, aut pensio augeri valeat, Ang. Alex. & Bart. in d. l. 2. communis, ut per Valasc. quæst. 20. num. 12. idem profe- quitur Gama decis. 26. in princ. & decis. 244. num. 10. d. l. 2. ibi: Ius proprieta- tis à contrario, l. cum satis, vers. cum autem C. de agricol. lib. 11. quia respe- ctu colonatus ipse non domini, sed pro- prio nomine possidet, quem probare intendit

intendit per hujusmodi pensiones, præsumptione juris, juxta l. cum de in rem vers. 6. ff. de usur.

6 Verum contra hujusmodi præscriptionem adverto, quod illa probatio coloniæ, fit juris præsumptione, quæ inter modos probandi legitimos connumeratur, l. generaliter §. si positum ff. de fideicomiss. libertat. l. si chirographum, l. cum de indebito ff. de probation. l. labeo, l. postquam ff. de paet. l. quicunque C. de epochis publicis lib. 10. l. five possidetis C. de probatio. l. 1. C. ad exhibendum, Roland. à Valle consil. 46. num. 47. vol. 3. Bart. in l. si prius, verl. venio ff. de novi oper. nūtiat. Nata cons. 514. num. 28. lib. 3. Quæ præsumptio in hoc Regno nullo modo admitti potest, quia præsumptio versatur circa ea, quæ vera sunt, vel esse posunt: atque ideo opinio Gamæ, quæ ntitur auctoritate Bald. & aliorum, quos ipse citat, utique non videtur bene deumpta, cum Bald. & alij loquantur de provincijs, in quibus solent fieri tales locationes perpetuæ, & concedi jus coloniæ per contractus: at vero apud nos, nemo audivit unquam jus coloniæ alicui concessum per contractum: atque ideo cum ita repugnet regionis conuictudo, nullo modo præsumi potest, quod realiter non datur: atque ideo Valasc. d. num. 12. coloniæ jus non dari asserit, & dixit lato sermone Aymon. de antiquit. 4. purt. num. 100. & expresse probatur in l. male agitur C. de præscript. 30. annor. Valasc. in cons. 192. num. 8. dicit, quod colonus solum acquirit exceptionem, ne expellatur, & quod non excedit talis colonia vitam ipsius coloni, num. 9. Ex quo fit, quod nec conjugere possit tempus sui prædecessoris, quia si ejus vitam illud jus colendi non egreditur, tanquam personale, utique nec accessione defuncti uti licebit, argumento l. cum hæres ff. de divers. & temporal. præscription.

Alij distinguunt in hoc jure præscribendo, ex mente Pauli in l. si plures num. 3. & 7. C. de fid. instrum. & conf.

142. volum. 1. vers. nec etiam lib. 2. Gamma d. decis. 244. num. 10. & decis. 297. num. 4. decis. 276. & 277. & 246. & 244. Pinel. de bon. matern. 3. part. num. 65. Quando constat de origine possessio- nis, seu locationis, ut tunc jus coloniæ non præscribatur, quæ tamen distin- ctio non videtur admittenda in eo, qui intendit præscribere jus coloniæ, quia præscriptio procedit, & suam vim ha- bet, quantumcunque attento principio, & origine constet rem aliter se habe- re, & præscribentem jus nunquam ha- buisse, illud enim præscriptio tribuit, l. 3. ff. de usucaption. Atque ideo si colo- niæ jus præscriptibile est, etiamsi de ti- tulo locationis constet, nihil impedit, ut præscribatur, unde puto hoc jus coloniæ summopere restringendum, quia cum magno dominorum præjudicio intro- ducitur: & ad summum cum Valasc. ubi supra num. 10. quod ultra decen- nium non extendatur, quia præsump- tio eo casu verosimile præsumit, & cō- tractū locationis ad novennium, quod sæpe fit, non vero coloniæ perpetuæ cujus nemo unquam meminit se legisse exemplar.

7 Atque ideo in nostro casu co- loniam non præscriptam dixi, ut pri- mus dominus dixerat, sed Reum judi- candum esse tertiam vitam in emphyteu- si, ad quod movebar ex sequentibus.

Quia duobus modis potest quis pertendere jus in re aliena, vel dum in- tendit se præscripsisse jus emphyteuti- cum, vel sibi concessam emphyteusim, ex titulo præsumpto, & ad tituli proba- tionem, allegat pensionum solutionē, ut ex illa præsumptione juris titulum colligatur retro præcessisse, juxta re- gulam l. cum de in rem verso ff. de usur. de qua Tiraquel. de præscription. §. 1. glos. 4. vers. decimo sexto, Covar. in re- gul. possessor. 2. part. §. 4. num. 2. Padilla in l. 2. C. de servit. n. 33. Gama decis. 13. n. 2. & decis. 276. à princ. & 329.

Inter quos petendi modos illa est differentia, quod primo casu juxta præ- scriptio naturam, oportet, ut unifor- mes

mes pensiones intercedant, eo tempori spatio, quo res illa praescribi poterat attento jure, & rei qualitate, & domini, seu possessoris, contra quem praescribitur, veluti si sit ecclesiæ, vel maioratus. In secundo autem casu approbationem tituli allegati, sufficit ut longo tempore pensiones exolvantur, quas dominus dum recepit uniformes, sibi præjudicavit juxta regulam legis de in rem verso ff. de usur. I. si certis annis C. de paet. Valasc. de jure emphyt. quæst. 8. num. 18. D. Caldas Pereira de renovat. quæst. 15. num. 12. Unde in primo casu licet completa praescriptio ne appareat emphyteutam nullum jus habuisse; imò à principio solam locationem intercessisse, is, qui praescripsit, omnino securus est, nec dominus contra illum andiri potest, argum. I. ultim. in fin. ibi: Plenissimam securitatem, C. de edit. divi Adrian. tollend. Quod secus erit in secundo, in quo admittitur probatio in contrarium, ut illa juris præsumptio, quæ ex præstationibus anniis insurgit, per contrariam probationem elidatur, observat Dynus, & DD. communiter in d. l. si certis annis, Gabriel ubi supra num. 62. Menchac. illustrium cap. 84. num. 33. Unde constito de initio locationis cessabit tituli præsumptio, cum revocatio potius censeatur prioris contractus, quam nova concessio, cum possessio debeat censi continuata ex prima, & originali causa, quam à se ipso nemo mutat, l. cum nemo C. de acquir. poss. nec mutasse præsumitur.

Quia tamen adhuc dubitari potest, an ex illa diuturna, & uniformi præstatione acquiratur, seu praescribatur jus emphyteuticum, vel censeatur concessa emphyteusis, vel acquisitum jus coloniæ, quia his omnibus convenit, & applicari potest præstationum annualium continuatio, illa differentia est in his tribus casibus, ultra eas, quas assignat gloss. 2, & 3. in l. 2. C. de jur. emphyt. Iaf. n. 22. in l. 1. illo titulo, gloss. & communis in §. adeo Institut. de locato.

Quod in primo, quando agitur de praescribenda emphyteusi contra particularem, qui plenum rei habet dominium, triginta annorum cursus requiritur, quia sine titulo praescribitur ex his, quæ Dominus Caldas Pereira de renovat. quæst. 15. à num. 5. & seqq. Si vero contra ecclesiam 40. annorum tempus desideratur, ut prælato, & successoribus noceat, secus in maioratu, quia possessio quadragenaria solum possessori nocebit etiam cum titulo; non vero sequentibus, quia requiritur sine illo immemorialis: nec aliud probat text. in cap. cum personæ de privilegijs lib. 6. quem ad id expendit Molin. de primogen. lib. 2. cap. 6. num. 52. quibus respondet cum eod. Molin. lib. 4. cap. 10. à num. 1.

In secundo casu, quando agitur de praesumenda concessione emphyteusis, si allegato titulo emphyteutico diuturna solutio accedit, & illius fama probetur, ut in simili requirit Valasc. quæst. 7. num. 33. Gama decis. 26. & 244. à num. 2. & 279. & 329. tunc contra particularem decenio praescribitur, & inducit tituli probatio, Valasc. d. quæst. 7. num. 18. D. Caldas Pereira de renovat. quæst. 15. num. 12. contra ecclesiam, vel maioratum quadragenaria requiritur, ut contraria juris præsumptio evanescet, Menoch. lib. 3. præsumpt. 108. Molin. disput. 444. Morlat. tit. 6. q. 4. n. 70.

Circa autem jus coloniæ, de quo agit Valasc. conf. 157. num. 4. & 192. & de jure emphyt. quæst. 20. num. 12. Gama decis. 329. num. 3. ubi additio, & decis. 244. num. 2. & 10. & decis. 297. num. 4. & 127. num. 1. & 276. n. 1. Flores lib. 3. variar. quæst. 23. Menoch. cōf. 291. num. 32. Verius est non requiri, ut praescribatur, ut pensiones sint uniformes, nam disformitas nihil nocet, quia jus colendi ad vitam non mutatur, ut maiori, vel minori pensione fiat, pungit Valasc. d. conf. 192. n. 8.

Illud solum observandum est, ut pensione, quæ solvit, talis sit, quod respondea;

deat fructibus locatis, quia si pensio sit exigua, potius emphyreusim demonstrat, aut censum, ut per Ias. in l. i. C. de jur. emphyt. quæst. i. num. 35. Valasc. de jure emphyt. quæst. i. num. 9. & nisi aliud regionis consuetudo suadeat, potius census, quam emphyteusis præsumenda est, ut per Valasc. quæst. 32. n. 35. nisi sit in provincia Interamnensi, in qua potius emphyteusis præsumitur: si vero pensio in pecunia constituta sit, potius censualis cōtractus censendus est.

II Ex quibus adhuc dubitari potest, an talis emphyteusis præsumatur ad vitas præscripta, vel perpetua, communis inter emphyteusim sacerdotalem, & ecclesiasticam? Distinguit, ut illa perpetua esse censeatur, Gama decif. 276. num. 3. Mascard. conclus. 604. num. 6. Mantica de tacitis lib. 22. tit. 5. num. 11. hæc ad 3. generationes ex Bald. in cap. 1. §. ultim. de feudo dato invicem Ias. in l. sed et si §. item si juravero, num. 3. & 4. ff. de jurejur. Covar. 3. resol. cap. 1. num. 4. & lib. 2. cap. 17. num. 6. Gama decif. 27. resolvit Valasc. quæst. i. n. 12. de jur. emphyt. sed quicquid de jure communi sit, attento Regni stylo, & praxi, secundum quam emphyteusis ecclesiastica, & sacerularis ad tres vitas concedi solent, Auth. de non alienand. col. 2. §. emphyteusim, sic solventem ultimam personam judicari ex Gama ubi supra num. 2. passim videmus, ex reg. l. in obscuris ff. de reg. jur. ut intelligatur in eo, quod minus est, in quo tamen arbitrando semper censerem inspiciendum esse temporis spatum, quo res possideatur à præscribente, ut illum modo vel primam, vel secundam, aut tandem tertiam personam conjectemur.

Ex quibus sic Senatui placuit, ut hic Reus ultima persona judicaretur in emphyteusi, & quia computato tempore, quo ejus parentes possidebant, constabat vitas esse finitas, jussimus, ut Reo fieret renovatio intra mensem, quam ipse acceptare compelleretur, quia pen-

sio quæ solvebatur, non conveniebat colono, sed emphyteutæ: deinde quia coloniæ jus non transit ad heredes præscribentis, ut supra notavimus, atque ideo Reus foret judicandus ultima persona, si facta temporis cōputatione non appareret emphyteusim jam esse extintam: Scriba Guerra.

Atque ex his postea in quodam processu cujusdam Antonij Fernandez contra Mariam Esteves ex oppido de Castello branco revocavimus judicis sententiam, qui pronuntiaverat alienationem factam à possessore maioratus cuiusdam prædij sustinendam, ex eo quia successor per 26. annorum spatium pensiones annuas receperat, allegabat enim Reus titulum emphyteuticum perpetuum, & probat se à 35. annis retro possedit: quibus non obstatibus judicatum fuit, ut rem dimitteret: Scriba Dominico de Basto.

Hoc idem judicatum fuit in processu D. Antonij de Tavora, contra Franciscum Pirez, ubi dictus Reus casale possidebat ab 80. annis retro solvendo uniformem, extabant tamen argumenta, quod olim antecessores ipsius habuerant titulum ad vitas, & cum in Senatu inferiori judicatum esset pro Reo, ut emphyteusis perpetua censeretur præscripta, sub illa pensione solita solvi, tamen revocavimus sententiam, reducendo emphyteusim ad vitas, ut possessor ultima vita censeretur: Scriba Quintal.

Postea in processu Martini Alfonsi d' Oliveira, & Miranda contra Didacum Luis, Scriba Francisco d'Azevedo, judicavimus jus coloniæ dari non posse in prædijs urbanis, quia ratio l. fin. C. de alluvio, non datur in illis, nec est aliquis Doctor, qui tale jus ad domorum locationes extendat: ponderat Valasc. conf. 192. n. 11. licet in Auth. de non alienandis col. 2. vers. lex itaque reperiatur facta mentio de jure coloniæ in dominibus, quam ibi reprobat ille textus.

SUM-

SUMMARIA.

- I** 1 *Iicut cæterarum rerū, sic transferendæ actionis jus est.*
Cessionario licet cessam actionem exercere. ibi.
- 2 *Actiones vel ceduntur, vel mandantur.*
Cessa actio fit propria cessionarij. ibi.
Mandata actio etiam propria fit, nec morte mandantis revocatur. ibi.
Is, in quem transit actio utilis, potest exercere directas nomine mandantis.

- 3 *Domino licet etiam cessa actiones, vel debitorem liberare, vel cum eo experiri.*
Is cui actiones sunt cessae, quando domino preferatur. ibi.
- 4 *Periculum nominis cessionarius non subit.*
Interpretata l. inter causas §. abesse. ibi.
Delegatio priorem obligationem extinguit. ibi.
- 6 *Interpretata l. si nomen ff. de hæred. vel action.*
Vendita hæreditate, in qua nomina continentur, statim utiles actiones transferuntur. ibi.

DECISIO XXXVIII.

Cesso nomine, an adhuc debitore non solvente, maneat antiqua actio contra cedentem, an vero extincta proponatur?

Cum Domina Philippa de Vilhena teneretur pro certa pecuniae quantitate monialibus de Cellas Civitatis Conimbricensis, cessit in earum favorē debitoris nomen, à quo ipsæ debitum suum exigerent, acceptata cessione ipsæ moniales illud idem debitum in solutum dedere alij creditori suo, qui cum accederet ad principalem debitorem, ut debitum sibi solveret, facta diligentia, apparuit, ex causis post cessionem contingentibus debitum exigi non posse, seu realiter non existere. Moniales adhibita dicta diligentia in debiti, seu nominis exactione, iterum à sua debitrice de novo solutionem petunt, quæ

se defendit cum dicta cessione, cuius periculum Moniales subiisse asserebat, ex reg.l. si nomen ff. de hæred. vel action. vendit. l. inter causas §. abesse ff. mandati, ibi: *Abesse intelligitur pecunia fidejussori, etiam si debitor ab eo delegatus sit creditori, licet is solvendo non fuerit, quia bonum nomen facit creditor, qui admittit debitorem delegatum: l. 3. in fine ft. de fidejuss. l. pupilli §. sacer ff. de solution. Bald. in l. si pro debito C. de bon. auth. judic. possid. Becius cons. 105. num. 18. quem citat Surdus decis. 326. num. 42; ex datione enim in solutum vera venditio perficitur. D. pater meus de extinctione cap. 5. n. 48.*

I Pro cuius dubij resolutione illud notandum duxi, quod sicut exten-

rarum

rarum rerum , ita cedendæ , ac transfe-
rendæ actionis jus est ; nam sicut illæ
traditione, l. traditionibus C.de pæct. §.
per traditionem instit. de rerum divis.
Tellius in l. 17. Taur. num. 50. Gomes
de contract. cap. 15. num. 21. sic pariter
& incorporalia cessione transferuntur ,
l. i. C. de action. & obligat. prosequitur
D. pater meus Franciscus de Caldas Pe-
reira de emption. cap. 24. n. 14. Donel-
lus de Iure Civili lib. 15. cap. 43. fol. 537.
n. 20. citata l. 3. l. postquam l. ex nominis
C. de hæredit. vel actione vend. ibi : *Ad
similitudinem ejus, qui personalem redime-
ret actionem, & utiliter eam moveret, suo
nomine conceditur, etiam eum, qui in rem
actionem comparavit, eadem uti posse fa-
cilitate: unde cessionario non est dubium
licere cessam actionem in aliū transfer-
re, Donellus ubi supra fol. 538. n. 10. dum
modo subsit causa; non intelligitur enim
voluntas transferendi , nisi sit causa, cur
creditor velit transferre , prout sit in
dominijs aliarum rerum transferendis l.
nunquam nuda ff. de acq. rerum domin.
qualis est illa causa , qua nomen datur
in solutum creditor, l. si in solutum C. de
action. & obligat. l. ultima C. si fiscus,
vel privatus, l. pen. C. mandati l. 2. C. de
donation. l. ex legato C. de legat.*

2. Actiones autem vel cedi pos-
sunt, vel mandari: primum respicit uti-
les , quæ fiunt propriæ cessionarij ; se-
cundum directas, respectu quarum ces-
sionarius solum procurator in rem pro-
priam constituitur : cessa itaque actio
propria fit cessionarij , adeo ut nec ex
pænitentia domini possit revocari , nec
ejus morte finiatur, l. ult. C. si fiscus vel
privata l. ult. C. de hæred. vel act. vendit.
tradunt DD. in l. procuratore ff. de pro-
curator. & in l. i. C. de action. & obligat.
D. pater meus de emptione cap. 24. num.
22. Decius conf. 521. n. 21. Tiraq. de re-
tract. lignag. §. 26. glos. 2. num. 14. Quod
quidem & in mandata actione obtinet ,
quæ accipientis propria fit , nec ejus
voluntate, aut morte revocatur, d. l. pro-
curatore, quæ habet dominum non esse
præferendum, si agat: quod quidem ex

eo est, quia non potest revocare : facit l.
i. C. de action. & oblig. nec hic datur ve-
rum mandatum, quod morte finiri de-
beat, cum accipiens rem propriam agat,
non alienam: unde mortuo mandante,
si hæredem relinquat , ex ejus persona
exercetur, si vero sine hærede sit , licet
evanescat mandatum, ut accipiens man-
data sibi actione utatur , tamen adhuc
utilis ei competit ex vi præcedentis
mandati , quo licuit , vel directis man-
datis actionibus experiri , vel utilibus ,
l. i. C. de action. & obligat. quia is in quæ
transit nomen, seu actio , utiles suo no-
mine movere potest , directas ex per-
sona mandantis: unde licet pereat exerci-
tium directæ actionis, non tamen utilis,
quæ propria ipsius est , explicat elegan-
ter D. pater meus Franciscus de Cal-
das Pereira de emptione cap. 24. num.
20. ad intellectum d. l. 1. C. de actio. &
obligat. & num. 21. Et cavendum est à
Forcatulo dialog. 64. quem etiam se-
quebatur impius Doctor, ut sine ullâ
cessione transfiret actio utilis.

3. Illud tamen est notandum , quod
cessia actione adhuc domino licet , vel
debitorem liberare, vel cum eo experi-
ri, nisi cessionarij facto , vel persecutio-
ne res integra non sit , de quo in l. 3. C.
denovation. veluti si litem contestatus
sit , vel extra judicium obtainuerit à de-
bitore, ut partem debitæ ei solveret , vel
tandem si denunciaverit debitori , ut si-
bi solveret, l. nomen C. quæ res pig. oblig.
posi. quia si nihil horum factum sit, po-
test dominus inhibere, ne cessis actioni-
bus utatur , ut in d. l. 3. C. de novation. l.
ult. ff. de transaction. nam alter is, cui
actiones sunt cessæ, præferretur domino
agenti, d. l. procuratore. Unde non vide-
tur bene sentire Donellus ubi supra fol.
544. n. 10. quod si res non integra, adhuc
dominus agat , & litem contestatus sit ,
novam acquirit contra eum actionem
judicati , ex l. 3. §. idem scribit ff. de pe-
cul. quæ semel acquisita ab eo adimi-
potest, l. ultim. ff. de pæct. l. habere ff. de
eviction. nam licet debitor sic conve-
nitus solvat , adhuc repetere poterit so-
lutum

latum per conditionem ob causam, quia solutum illud fuit, ut liberaretur, quæ causa secuta non est, cum adhuc cessionario solvere teneatur, nec ex litis contestatione creditor novum jus acquirit contra verum dominum, qualis est cessionarius re non integra: unde videtur semper distinguendum, quando datur simplex cessio ad exigendum, vel quando ultra cessionem fit datio in solutum in illa eadem actione; nam hoc secundo casu prima actio perimitur, & periculum est creditoris l. pupilli §. soror ff. de solution. declarat Decius cons. 99.num.4. Ubi dicit quod simplex cessio non liberat cedentem; secus quando datur actio in solutum, Bessius cons. 150.num.35. ubi allegat Imolam in l. facta §. si hæres ff. ad Trabell.col.2. Surdus cons. 145.num.29.

4 Atque ex his cum in præsenti cessio actionis facta fuerit simplex, ad debitum exigendum, de quo tamen liquido non constabat, bona fides non patitur, ut periculum nominis cessionarius subeat, cum magis cessis, vel mandatis actionibus egerit, ex utilibus proprio, vel ex mandatis procuratorio nomine: late Molin.de contractib. tract. 2. disputat. 340. pro quo est text. in l. si literarum C. de solution. ibi: *Cum petitio debiti maneat integra, nihil legitimam exactionem impedire potest*: Rota Genuens. decis. 2.num. 10. faciunt quæ Bald. cons. 348.vol. 1. Boer. decis. 282. in literis cambij etiam acceptatis, resolvit Bursatus cons. 39. ubi late quod requiritur vera solutio, licet aliter videatur innuere Menoch.lib.3.præsumpt. 134. num. fin. & Surdus d. cons. 245. num. 10. ad idem Rota decis. 6.n.6. & decis. 50.num. 1. vendendus Mascard.conclus. 988. quia cessio illam conditionem habet, si solutio sequatur, quæ si non fiat, pristina actio superest contra debitorem, quia per fraudem cessio facta censetur, ideo inutilis, & inefficax, ut cedentem liberet, D. pater meus d. cap. 24.num. 33. Surdus decis. 23.num. 12. vers. credidit, nisi ex negligentia sua cessionarius exigere

neglexerit, l. 15.tit. 14.part. 5. l. 2. C. de nautico fænor. Benevenutus de mercator.lib. 1.cap. 3. & deducitur ex l. 3. C. de nova vers. quod si de legatione. Parlador. differ. 50. §. 2. num. 8.

5 Nec obstat d. l. inter causas §. abesse, quia in illo text. & similibus non agitur de cessa actione ad recipiendum debitum in solutum datum, sed de debitore delegato loco prioris, cuius acceptatione prius debitum extinguitur, & notatur ipso jure obligatio, nam etiam stante l. fin. C. de novation. quæ non permittit novationem induci posse, nisi specialiter de novanda priori obligatione actum sit inter partes, delegatio priorem obligationem novat, quia delegatio habetur loco solutionis d. §. abesse l. si rem ff. de novation. Alex. cons. 96. n. 3. vol. 3. Alciat. cons. 763. n. 1. Cephal. cons. 218. n. 25. Par. rif. cons. 107. n. 28. vol. 3. adeo ut si postea fiat non solvendo delegatus, id periculo accipientis cedat, l. si cum dotem §. si cum mulier ff. sol. matrim. quod Bart. extendit, etiamsi dolo fuisset quis inductus ad acceptandum delegatum, quia datur sola actio doli: prosequitur pluribus citatis Surdus decis. 23.n. 4. & cons. 145.n. 32.l. sub prætextu i. C. de transaction. l. dolo C. de inutil. stipul. Bald. in l. si cum dotem §. si mulier ff. solut. matrim. ubi Angel. Jas. in l. singularia n. 49. ff. si cert. petat. Stracha. tit. de decoctor. part. 5.n. 4. fit enim delegatio mediante stipulatione, gloss. in l. quamvis §. mulier 2. ff. ad Velleah. gloss. in l. si Titius ff. de novation. & tria requiri dicit Socin. cōf. 267. n. 3. vol. 2. Paris. ubi supra num. 31.

6 Unde pariter in d. l. si nomen ff. de hæredit. vel actione vendita periculum nominis ad emptorem spectat, quia per venditionem periculum emptoris est, Barbos. in l. si æstimatis num. 11. ff. sol. matrim. Et obiter noto quod vendita hæreditate, in qua & nomina continentur, statim utiles actiones, activæ transferuntur in eum, in quem hæreditas translata est, licet actiones utiles passivæ non transferantur, quia ex eo novus debitor creditori acqui-

reretur, & licet hæc stipulatio valeat propter interesse stipulantis, l. stipulatio ista §. alteri ff. de verbor. tamen cum necessario verba obligativa ad personam stipulantis debeant referri, juxta reg. l. quæcunque gerimus ff. de action. & oblig. stipulanti acquiritur actio, & obligatio, & necessaria est cessio, ut creditores agere possint, juxta reg. l. possessio quoque §. fin. ff. acq. poss. atq;

ideo non secure videtur locuta gloss. fin. in l. 2. C. de hæredit. vel action. vend. & merito dubitat Curtius Senior in l. 2. num. 5. C. de pact. & Ias. in l. reconjuncti num. 134. ff. de legat. 3. Guido decis. 460. num. 1.

Ex quibus Senatui placuit moniales condemnandas fuisse, confirmata sententia Judicis: Scriba Georgio Fernandez.

SUMMARIA.

i



Onatio, quæ fit à marito sponsæ ratione matrimonij contrahendi, statim valet.

Dos, quæ constituitur ratione dispensationis, dicitur ex causa onerosa. ibi.

2 Hæc donatio secuto matrimonio non communicatur.

3 Mulier pro sua dote habet tacitam hypothecam, & privilegium prælationis.

Idem recipitur in muliere, quod in fisco. ibi.

Mulier pro sua dote præfertur fisco in actione personali. ibi.

4 An mulier in sua tacita hypotheca præferatur illi qui habet expres-

sam.

Mulier posterior hypotheca licez expressa non præfertur priori expressa. ibi.

5 Vxor an præferatur in rebus postea acquisitis?

6 In domibus post contractum quæsitis potest mulier pecuniam jam solutam revocare.

Si est bona fide consumpta potest vendicari actione personali. ibi.

Pecunia transit cum sua causa, & dicitur hypothecata in genere. ibi.

7 Non retractatur addictio, etiam si secundus creditor jus reale pertendat.

Ordin. lib. 3. tit. 91. §. 1. ibi.

DECISIO XXXIX.

An uxor pro conductione reddituum à marito facta ante matrimonium, matrimonio tamen constante, collectornm de suo solvere teneatur locatori?

Ad Ordin. lib. 4. tit. 59.



Um Joannes Teixeira opidi do Sardoal redditus annuos conduxisset nomine communi, suo, & cuiusdam P. facta utriusque

conductoris generali suorum bonorum hypotheca, cumque ipse Joannes commune debitum solvisset, egit contradictum P. suam partem debiti rependeret, qui jam eo tempore uxorem duxerat.

duxerat, cui quinquaginta mille numeros cum bonorum suorum hypotheca promiserat, eo quod sic in dispensatione erat expressum, ut competentem dotem uxori, & consanguineæ assignaret. Cumque dictus Ioannes Teixeira, qui solidum solverat, domos quasdam dicti P. in addictione publica cepisset, quæ perfecta addictione obiit, ejus uxor Maria Diaz contra addictionem opposuit impedimenta tertij possessoris, asserens se in possessione illorum bonorum esse, petebatque, ut addictione nulla judicaretur, nec ulterius procederet, ex Ordin.lib.3.tit.86. §.17. & quæ Vallasc.conf.55.per tot. Barbosa in l. si alienam num.19.ff.solut. matrimon. Cabed. arest.66. Insuper dicens quod sufficiebat ad impediendam executionem Rei, ut dominus ipsius accederet, & opponeret, quando lis super eadē re non fuit mota, sed tantum pro executione capit, ex Bart. in l. à divo §. si super rebus ff.de re judic. num. 3. Covar. prætic.cap. 16.num.4. Cabed.d.arest.66. & quia duobus prioribus Senatoribus placuit, ut impedimenta pro probatis haberentur, dictaque impediens suæ possessioni restitueretur: sequentes autē duo domini contrarium adstruebant, sequentia in processu tractanda duxi. Primum an uxor ratione dotis sibi assignatae à marito, possit impedire executionem factam in bonis ipsius, quæ ante dotis constitutionem erant pro conductionis mercede obligata. Secundum, an additione perfecta debeat nullari.

I Pro quorum resolutione noto, quod in præsenti maritus bona sua ante matrimonium conductioni obli-gaverat, qui postea dotem uxori constituit in quantitate 50. mille nummorum, & sibi de novo in dotem assignatae fuerunt quædam domus à matre uxor, quæ etiam pro addictione captæ fuerunt: ex quo apparet non bene agere dictam uxorem, dum impedire studet executionem, quasi ipsa in possessione domorum sit ratione suæ dotis, cum ipsi non domus, sed quantitas

in dotem fuerit assignata: nec dubitari potest de validitate illius dotis factæ ex causa matrimonij futuri, quia ex pluribus causis valent similes donationes, quia eo animo fiunt, ut statim acquirantur, non referendo se ad tempus contracti matrimonij, probat l. 1. C. de donat. ante nupt. Sylvester verbo dos quæst.6. ubi Angel.num. 6. Armilla 8. Tabiena quæst. 5. numer.6. Baeça de non meliorand. filiab. cap. 16. num. 40. alias enim non valerent, si fierent cum relatione ad tempus matrimonij celebrati, ut late per Sanch. lib. 6. disputat. 1. num.6. Unde quando Pontifex dispensat cum consanguineis ea conditione, ut vir uxorem pauperem datur teneatur, valet ea dotis constitutio, quia non est mera donatio, sed ex causa onerosa, ut Summus Pontifex dispenset, & ex tali vel simili causa donationem valere palam est: veluti quando maritus ignobilis nobilem dicit, vel senex juvenem, quam dotis constitutionem etiam matrimonio constante fieri posse quasi remuneratore factam, ut legi non subsit, tenuit gloss. in l. si voluntate, vers. petendis C. de dotis promiss. Bart. in l. si divortio num. 4. ff.de verbor. obligation. Tiraq. de nobilitat. cap. 18.num. 19. Covar. 4. decretal. 2. part. cap. 3. §. 3. num. 2. Gregor. in l. 2. tit. 30. part. 2. Gomes in l. 52. Taur. num. 66. & tom. 2. variat. cap. 4. num. 23. Peres lib. 5. Ordin. tit. 2. lib. 1. fol. 73. §. præterea relictum, Dueñ. reg. 121. limit. 11. Baeça de non meliorand. cap. 16. in fin. Azeved. lib. 1. Recopil. tit. 2. l. 2. n. 11. Ayora de partit. 1. part. cap. 7. n. 36. Barbosa in l. quæ dotis num. 56. ff. fol. matrim. Vallasc. conf. 4. num. 7: & conf. 5. num. 18. Molin. tom. 2. de just. tract. 2. disput. 289. §. tertius, & disput. 439. plures alios casus congerit Sanch. de matrim. lib. 6. disput. 7. num. 4. 5. & 6.

2 Unde fit, quod si post dotem illa eadem mulier uxor fiat, secuto matrimonio juxta formam legis Regiae lib. 4. tit. 47. quæ habet, ut omnia fiant communia, tamen hæc donatio non

communicabitur, quia eo animo sit, ut præcipua apud uxorem sit ex mandato superioris, nam si statim esset communicanda, non adimpleretur mandatum, nec formæ dispensationis esset satis factum, quæ intendit, ut apud uxorem illa dos remaneat illæsa, & ab omni communicatione immunis, quoad proprietatem, non enim Pontifex censetur attendere ad leges, seu statuta particularia, arg. cap. 1. de constitution.

3 Ex quibus sit, quod dubitari potest in præsenti circa duo: primum, an uxor, cui dos assignata est, sit præferenda in exactione priori creditori, qui generalem habet hypothecam: secundum, an saltem sit præferenda circa domos, quæ marito post dictam obligationem in dotem datæ fuerunt, quia cum sint bona post dictam hypothecam acquisita, videtur uxor in his præferenda, ex reg. l. assiduis C. qui potiores: & in primo membro de jure est, quod mulier pro sua dote non solum habet tacitam hypothecam §. fuerat Instit. de action. Barbos. in l. 1. 3. part. num. 27. sed privilegium prælationis anterioribus creditoribus, d. l. assiduis C. qui potior. Auth. de æqualit. dotis §. his consequens col. 7. & Auth. quo jure C. qui potior. nam idem recipitur in muliere, quod in fisco, ut non solum hypothecæ priori tacitæ præferatur, verum etiam in privilegio personali actionum, gloss. in l. privilegia ff. de privil. creditor. argum. l. qui autem §. sciendum ff. quæ in fraud. & in d. Auth. quo jure. Imò mulier pro sua dote præfertur fisco in actione personali, licet in hypotheca parificetur, & concurrant l. 2. C. de privil. fisci: adeo ut aliqui dixerint, eam esse præferendam illi, qui jus prælationis habet in sua tacita hypotheca, ut in eo, qui mutuavit ad refectionem, juxta l. interdum ff. qui potior. & dixit Salycet. in d. Auth. quo jure num. 3. Matienç. in l. 7. tit. 16. gloss. §. num. 8. lib. 5. Negus. 5. part. num. 16. 2. memb. negant tamen DD. in d. Auth. de æqualitate dotis §. his consequens, verbo posterior,

col. 7. Gutierrez. practic. lib. 3. quæst. 99. num. 66.

4 Unde dubitari solet: an mulier in sua tacita hypotheca præferatur illi, qui habet expressam, ut in nostro casu? Et communis habet non præferri, & per DD. in d. §. fuerat, Gregor. in l. 33. tit. 13. part. 5. verbo entones, Gutier. d. quæst. 99. num. 7. Gomes in l. 50. Tauri num. 39. Negus. 2. part. 2. membr. num. 100. licet aliter sentiat Vacon. cap. 92. Vanderanus de privileg. creditor. cap. 4. Misinger. cent. 4. observ. 13. Barbos. 6. part. legis 1. num. 5. quia contraria est communis, quæ in judicando sequenda est, Ordin. lib. 3. tit. 64. Unde licet hypotheca mulieris sit expressa, si tamen est posterior, non præfertur anteriori expressæ, Gutierrez. ubi supra num. 8. Corras. in l. qui liberos num. 235. ff. de ritu nuptiar. Barbos. ubi supra num. 56. licet præferatur habenti tacitam anteriorem, Negus. d. 4. memb. 2. part. num. 99. excepta causa funeraria, quæ dotti præfertur, ex Matienç. d. gloss. §. num. 2. Pichard. in §. fin. Instit. de leg. Falcid. Dueñ. reg. 397. Gama decis. 318. Garcia de expens. cap. 8. Mascard. conclus. 804. num. 26. Ayora 2. part. quæst. 12. Gutierrez. lib. 2. pract. quæst. 70. l. impensa ff. de religios. l. si quis 14. §. si colonus eod. licet videatur obstatre d. §. his consequens in fin. ubi cavetur causam dotis soli cedere militiae. Ex quibus in hoc primo membro mulier præferri non potest, etiam si expressam haberet hypothecam contra priorem creditore, qui expressam pariter habebat.

5 Maius dubium circa domos à marito per dotem de novo acquisitas post priorem obligationem: & sine dubio videtur, saltem in his domibus uxorem præferendam, quia mulier æquiparatur fisco in sua dote, d. §. his consequens. Fiscus autem præfertur in acquisitis post suum contractum priori creditori, licet expressam habeat hypothecam l. si is qui 28. ubi Bart. ff. de jur. fisc. Peregrin. de jur. fisci. lib. 6. tit. 6. n. 15. Negus. 2. membr. 3. part. numer. 42.

con-

contra text. in l. si ignorante C. remiss. pignor. l. 2. ff. qui potior. licet in quæstis ante prior creditor cum expressa, vel tacita hypotheca præferatur fisco l. si pignus l. Titius in princ. & §. fin. ff. qui potior. l. si fundum C. eod. tit. Peregrin. ubi supra num. 16. Negus. num. 42. Covar. 1. variar. cap. 16. n. 2. Capic. decis. 129. Barbos. in l. 1. 2. part. num. 21. Gutierr. lib. 3. practic. quæst. 99. num. 16. Ratio est: quia in hypotheca, fiscus cæteris creditoribus non præfertur, gloss. in l. 33. tit. 13. p. 5. verbo obligados.

6 Unde cum uxor in his domibus habeat suam tacitam hypothecam cum jure prælationis, potest virtute sui privilegij revocare pecuniam jam creditori solutam ex pretio domuum, etiam si bona fide consumpta sit, quia si extat, eam vendicare potest per hypothecariam, quia hypotheca fisci, & dotis comprehendit etiam pecuniam, l. pen. §. fin. ff. de pign. l. idemque §. fin. ff. qui potior. Negus. 1. membr. 2. part. num. 11. & 14. membr. 2. part. num. 166. Quod si est bona fide consumpta, vendicari potest actione personali, si debitor est non solvendo, l. ult. §. fin. vero hæredes C. de jur. delib. l. defert §. fin. ff. de jur. fisc. Gutierr. practic. 1. Covar. practic. lib. 3. cap. 10. n. cap. 29. Menoch. conf. 25. num. 4. lib. 1. Surdus conf. 4. n. 26.

Transit enim pecunia cum sua causa, & dicitur hypothecata in genere, quo casu nunquam potest censeri consumpta, argum. l. incendium C. si cert. petat. explicat eleganter Barbosa in l. 1. 6. part. num. 20. Verum nec hæc consideratio potest habere locum in nostro casu, quia in priori obligatione aderat hypotheca generalis, etiam futurorum, pro locationis mercede, quæ fieri potest: & succedunt quæ DD. in l. 2. C. de pignor. facit l. in solutum C. de action. ubi Donel. in Codicem. fol. 115. Surdus

conf. 495. num. 9. Unde tacita hypotheca uxoris non potest præferri anteriori expressæ, ut per Gutierr. d. num. 8. & alios supra citatos.

7 Circa secundum dubium ex prioris resolutione patet addictionem nullo modo retractari posse, cum addictione facta fuerit in bonis debitoris, ex Ordin. lib. 3. tit. 91. etiamsi impediens jus reale prætenderet, quia licet in obligatione dotis realis obligatio considerari posset, ratione hypothecæ, quæ ad tertios possessores transit, Ordin. lib. 4. tit. 3. Valasc. quæst. 32. num. 15. Barbos. 2. part. rubr. num. 26. Gama decis. 21. num. 5. Pinel. in Auth. nisi num. 48. Tamen in hoc casu hæc omnia deficiunt supposita priori obligatione generali cum hypotheca, maxime quando constat uxori non fuisse bona aliqua in dotem assignata, sed quantitatem, quæ actio personalis privilegiata non sufficit, ut additione retractetur priori creditori facta habenti generalem bonorum hypothecam expressam.

8 Atque ex his fundamentis discessi à dominis, qui impudentem pro sua dote præferendum asserebant, & executionem retractandam, & accessi sentientibus impudentem, non posse pertendere rerum possessionem ratione suæ dotis, cum quantitas tantum in dotem fuisset assignata; ab illis tamen discessi, dum existimant, ut integra dos persolvatur impudenti ex bonis in addictionem suscepitis, quasi cum illo onere transiissent; quia ex supradictis patet nullam actionem habere uxorem contra priorem creditorem, ut illi præferatur, nec perfecta addictione contrarium patitur Ordin. d. §. 1. Verum ex collatione deliberationum evictum fuit, ut manente addictione dos persolvatur impudenti: sicque sententia scripta fuit: Scriba Georgio Fernandez.

DECISIO XXXX.

SUMMARIA.



- 1 Contractus initium sumit in ea persona, cum qua gestus est.
An procurator emens nomine alterius pariter obligatus maneat. ibi.
- 2 Procurator se, & dominum obligat mero jure.
- 3 Interpretatur text. in l. si pupilli §. 1. ff. negot. gest.
- 4 Procurator duobus modis contrahit, vel precedente mandato ad contrahendum, vel sub nomine officij.
Procurator, vel simpliciter contrahit, vel se specialiter pro domino adstringit. ibi.
- 5 L. fin. C. de instit. action.
- 6 Interpretata d.l. si pupilli §. 1.
Contractus mutui ibi non censemur initium sumpsisse in persona procu-

DECISIO XXXX.

An procurator, qui nomine domini merces accepit, conveniri possit pro pretio ipsarum principali non vocato?



- 1 Um Lupus Cardoso ex mandato D. Ludovici de Noronha plurima ad apparatum nuptiarum ipsius emissem in hac civitate, deauratos enses cum balteis auro, & acu pictis, & cum subicibus ephyppiarijs pariter deauratis, alijsque equorum ornamentis, ipse Lupus chirographum præstítit, quo se obligavit solutum ex pecunia dicti D. Ludovi-

- ratoris. *ibi.*
- 7 Quando procurator ex officio contrahit, quomodo teneatur.
Durante officio licet creditor, vel dominum, vel institorem convenire. ibi.
Institore condemnato non fit executio in ejus bonis.
- 9 Si contractus est ex utraque parte obligatorius, etiam institutor finito officio convenitur.
Explicata l. 1. C. de sentent. ibi.
- 10 Nulla actio judicari datur adversus procuratorem.
Exploditur sententia Bartoli sententis indigere procuratorem exceptione. ibi.
- 11 Impugnatur distinctio Ias. inter procuratorem ad judicia, & contractus.

ci, quam in posterum erat recepturus: elapsis pluribus annis non soluto pretio Emmanuel Gomez contra dictum procuratorem item movit, ut empratum rerum premium sibi exolveret, & agentis jus eo videtur inniti, quia procurator emens nomine alterius pariter obligatus remanet; quia contractus initium sumit ab ea persona, cum qua gestus est, l. quæcunque gerimus ff. de action. & obligat. probat Bart. in l. stipulatio ista §. si stipuler. num. 2. ff. de verbis. oblig. Panorm.

Panorm. in cap. querelam num. 10. de elect. & in cap. fuscitata num. 4. de in integrum rest. & ante eam Theophil. in §. fin. Instit. de his per quos agere possumus: deinde facit l. i. C. de sentent. & interloc. ubi sententia ferri debet contra procuratorem, ibi: *Non procuratorem, sed ipsam dominam litis condemnavit, cuius persona in judicio non fuit: l. solutū ff. de pignor. action. §. per liberam, ubi procurator sibi hypothecariam acquirit, & non domino, ibi: Adeo ut nec per procuratorem plerumque vel tutorem acquiratur.*

2 Atque ita ipse tenetur pignoratio actione, quia in ea persona constituit obligatio: receptum dicit Socin. cons. 154. num. 12. lib. 2. Paris. cons. 78. n. 44. lib. 1. facit l. si procurator 28. ff. de procurator. ibi: *Si procurator meus judicatum solvi satis acceperit, mihi ex stipula- to actio utilis est: supponens directam in persona procuratoris confistere.*

Atque his fortasse juribus Præses contra procuratorem sententiam protulit eum condemnans: quam confirmabat D. Petrus Alvarez Sanchez: & in doctissimis patrum deliberationibus sequentia notabantur.

3 Quod procurator contrahens procuratō nomine, & contemplatione domini se, & dominum obligat mero jure, ex l. i. C. de sent. & interloc. ubi contra procuratorem datur actio, & sententia profertur, sicut & ipsa judicari actio competit d. l. si procurator, quia cum actus sumat initium à persona procuratoris, & ipsius consensu perficiatur, l. si mandassem 15. ff. mandati: in eo mero jure obligatur, ita Paulus in l. si pupilli §. 1. ff. de negot. gest.

Obstat tamen fortiter text. in l. fin. ff. de institutor. Ubi finito officio, qui institutorio nomine contraxit, non tenetur, ibi: *Nec aequitatem convenientiē eum super- esse.* Ubi institutor cavit, & promisit, & contraxit, nec verba solum emisit, quæ inducere possent probationem debiti, non vero obligationem, prout Bart. Bald. Fulgos. & Paulus in illo textu explicant agnoscentes, quod si promisit-

set, efficaciter obligaretur, ex l. i. §. est autem ff. exercit. I. eum qui ff. de institutor. quia ultra quod verba ibi dantur, quæ promissionē præse ferunt, sufficeret enuntiativa, ut pareret, l. quidā obligacionem, ubi Bart. ff. de constit. pecun. Aliter respondet Bart. in l. procurator, qui ff. de procurator. quod ideo non tenetur, quia nihil ad eum pervenit: quam responsionem improbat Ripa in l. 4. ff. de re judic. num. 11. Decius in l. si institorem ff. cert. petat. num. 6.

4 Quare videtur dicendum, quod procuratoris contractus duobus modis fieri potest, vel præcedente mandato domini simpliciter ad contrahendū, vel vendendum sub ratione officij, vel administrationis, cui procurator præponitur. Primo casu contrahens obligatur mero jure, quia in ejus persona contractus sumit initium, l. servum Titij ff. mandati, ibi: *Et puto Titium, quamvis quasi procurator vendidisset, obstrictum emptori esse: l. vendicantem ff. de evictione. l. procurator qui 67. ff. de procurat. ibi: Procurator, qui pro evictione prædiorū fidem suam adstrinxit, et si negotia gerere desierit, obligationis tamen onere prætoris auxilio non levabitur, nam procurator, qui pro domino vinculum obligationis suscepit, onus ejus frustrare recusat.* Unde vel procurator simpliciter contrahit, vel specialiter se pro domino obstringit: primo casu, licet teneatur, & conveniri possit, non tamen potest in ejus bonis fieri executio pro alieno debito, quia prius exequendus est ille, ad quem utilitas spectat, l. unde queritur 7. ff. commodi, ibi: *Et paratus si periculo suo convenire alterum, qui furti agendo lucrum sentit ex re commodata, aebere eum audiri, & absolvī: Bart. receptus in l. 3. §. fin. C. de duob. reis num. 15. & facit text. in d. l. fin. de institutor.*

5 Dubitat namque an contra institutorem detur actio, casu, quo dominus sine hærede decedat, qui convenire possit, supponens, quod si ille viveret, vel cū hærede decederet, nulla erat dubitatio, quod dominus, ad quem pervenit uti-
litas

litas, debet conveniri : facit item qui ff. de institutor. Ubi ait dominum teneri utili actione, licet procurator solvendo sit : in quo significat dominum imprimitus teneri, procuratorem in subsidium ; nam quando duo conveniri possunt ex eadem causa, potest alter exceptione opposita obtainere, ut prius ille, ad quem utilitas rei pervenit, excutiatur, l. i. §. est autem ff. de exercit. action. Quod tamen secus erit, quando procurator specialiter se pro domino obstringat, quia tunc conveniri, & exequi potest : sive accipiendo est text. in d. l. procurator qui ff. de procurator. & quae Angel. in l. 4. ff. de re judic. num. 4. & in eadem in fine ff. de duobus reis, Ias. in d. l. 4. num. 2. Socin. conf. 154. lib. 2. num. 13.

6 Nec obstat l. si pupilli §. 1. ff. de negot. gest. Ubi nullam actionem dandam contra procuratorem afferit, qui mutuum absentis nomine accepit : nam ille textus procedit in contractu mutui gesto cum procuratore sola contemplatione domini sine ullo procuratoris respectu, argum. l. ei qui §. fin. C. quod cum eo. Sicque censetur contractum non sumpfisse initium in persona procuratoris, sed in persona absentis, attenta intentione mutuantis. Unde procurator ibi magis tanquam minister intercessit pro recipienda pecunia domino mutuata, quam ut contrahens : & succedit l. si ex contractu C. quod cum eo, l. fin. ff. quod jussu l. 2. C. de proxon. explicat Ripa in d. l. 4. ff. de re judic. num. 11. Quod efficaciter probatur in §. seq. ejusdem l. si pupilli, incipit, si quis, ubi continuando §. precedentis questionem de eo, qui tanquam minister accelerat, decidit, quod contra talem, de quo in §. 1. egerat, datur actio negotij gesti.

7 Quando autem sub ratione officij, vel administrationis procurator constitutus est, veluti quando exercitor, vel dominus navi magistrum, vel negotiationi institorem præposuerunt, licet summa juris ratione videretur eos non

teneri ; quia ex contractu alieno, & ex alterius persona, non poterant conveniri ; quia obligationem cum alio contractam aperta voluntate in se non suscepérunt : tamen quia ille, qui magistrum, aut institorem præponit, eo animo id facere videtur, quod omnia ab ipsis gesta ipse præstabit, ne illi, cum quibus contrahit, decipientur, quia æquitas suggerebat, ut eorum facta agnosceret, oportuit adversum eum ex contractu aliorum alio jure actionem introduci, quam civili : & sic introducta est editio prætoris, l. i. §. cuius ff. de exercit. l. 7. ff. de institutor. §. eadem Instit. quod cum eo : nec voluntas tacita, qua dominus institorem præponit, sufficeret ad eum obligandum, cum & expressa inefficax esset : nam et si procuratorem constituo, ut meo nomine fundum emat, non idcirco teneor illi, cum quo contraxit, nam etiam si maxime vellem teneri ex contractu alterius, non possem, quamvis meo nomine gesto : & licet id aperte dicerem, non tamen valebit hæc voluntas attento jure, ut extraneo obstrictus sim, cum quo non contraxi. Quare ultra dictam æquitatem operatur in hoc etiam publica utilitas, & necessitas, quæ suavit, ut hoc reciperetur, l. i. §. magistrum autem ff. exercit. Donellus de Iure Civilis lib. 15. cap. 48. fol. 58. num. 40.

Unde fit, quod licet verum sit, quod institutor, qui contractum gessit ex utraque parte obligatorum, mero jure tenetur illi, cum quo contraxit : veluti si pecuniam recepit, ex Angel. in d. l. 4. num. 4. Ias. 2. Jacob. in l. haeres absens §. apud Labeonem ff. de jud. num. 2. Zaius in d. l. 4. num. 211. licet repugnet Ripa num. 12. Tamen hoc ita accipendum est, ut durante officio in electione creditoris sit ipsum, vel dominum convenire, arg. l. i. §. est autem ff. de exercit. ibi: Exercitorem an magistrum convenire velimus.

8 Ipso vero condemnato non posset fieri executio, nisi in bonis domini, ad quem pervenit utilitas, arg. eorum quæ

quæ in procuratore supradixi facit l. eum qui ff. de institutor. Ubi ait dominū utili teneri, quia utilis contra dominum semper præferenda est, l. in causæ 27. §. fin. ff. de procurator. Finito autem officio adhuc conveniri poterit, quando apud eum reperiantur bona administrationis, in quibus etiam peti potest executio, quando contractus fuit ex utraque parte obligatorius, vel pecuniam recepit: quod aperte insinuat d. l. fin. ff. de institutor. dum dubitans an institutor conveniri posset finita administratione, respondet, quod non, quia ipse non gesserat contractum utraque parte obligatorium, sed ex præcedenti obligatione promiserat solvere illud, quod mensa ipsa. debebat. Atque ideo decidit, quod cum ille actus fuisset ex parte sua tantum obligatorius, ipse non tenetur solvere.

9 Si vero contractus sit utrinque obligatorius, etiam finita administratione convenietur, non tamen in ejus bonis sicut executio, ut supra dixi, nisi ipse specialiter se obligaverit, l. si procurator 28. ff. de procur. & tunc quod solverit, à domino repetet, per actionem negotiorum gestorum, Paulus in d. l. Plautius in fin. vel si sit procurator in rem suam, ut in d. l. 4. Nec obstat text. in d. l. 1. C. de sententijs, & interlocut. quia explosa sententia Ias. in d. l. 4. & gloss. 2. ibi, quam extollit Boer. decis. 273. num. 5. Zazius ibi 22. dum sentiunt, quod ex sententia condemnatoria oritur actio directa judicati adversus procuratorem condemnatum, utilis vero adversus dominum, cuius nomine procurator fuit condemnatus, quia speciale est in judicijs, ut pro omnibus ibi gestis queratur utilis actio domino sine cessione, & adversus, cum utilis etiam competat ipso jure l. in causæ 27. §. fin. cum l. seq. ff. de procurator. l. in omnibus 51. ff. de prætor. stipul. sequuntur Bart. in l. hoc jure num. 4. ff. de solution. Paulus in l. Plautius num. 4. ff. de procurator. Aflct. decis. 64. num. 3. Cui tamen intellectui obstat l. 4. ff. de re judic. ubi actio

judicati non datur contra procuratorem, sed adversus dominū: idem probat d. l. Plautius 61. ff. de procurator. ibi: *Aut ob tulisse se cum sciret cautum non esse.*

10 Quibus verbis sentit, unam tantum actionem dari ex sententia, & non duas, & eam non adversus procuratorem competere: quare verius est, nullam judicati actionem dari adversus procuratorem, ut in ejus bonis fiat executio, sed adversus dominum, Boer. decis. 273. num. 5. Socin. d. conf. 154. num. 4. lib. 2. Decius conf. 5 10. num. 4. Unde fit, ut sententia lata contra procuratorem, censeatur prolata procuratorio nomine, & contemplatione domini, l. quacunque ratione 50. ff. de procurator. & quando quis condemnatur nomine procuratorio, finito officio, non tenetur, d. l. fin. de institutor. actione. Et verba executiva debent referri ad personam domini, licet verba condemnatoria ad procuratorem referantur, l. 2. ff. de administr. tutor. Unde fit, quod si contra procuratorem condemnatum petatur executio, non sit opus exceptione, sed judex ex officio repellere possit agente, ex Bart. in l. si unus §. pactus ne petret ff. de pact. num. 20. & in l. lecta n. 21. ff. si cert. petat. Nec aliud probat l. si procurator 28. de procurator. ubi videtur requirere exceptionem, ut repellatur procurator agens actione judicati: ut sic dicamus è converso ipsum condemnatum mero jure teneri, & indigere exceptione, quia textus non negat judicem, illum ex officio repellere posse, unde cum mero jure hæc actio competat, sic neque pars excipiat, nec judex ex officio repellat, subsistit judicium, & processus, quamvis aliud esset, si ipso jure non competeret actio, Bart. in l. 2, in princ. num. 5. ff. de dote prælegat. facit l. in causæ 27. §. fin. ff. de procurat. ibi: *Actione directa penitus tollenda:* quæ verba non possunt intelligi, ut actio directa tollatur ipso jure. Sicque explodenda est sententia Bart. in d. l. hoc jure, num. 4. ff. solution. ubi semper requirit, ut exceptio opponatur à procura-

curatore, si contra eum petatur executio, quia cum ex sententia constet executionem esse faciendam in dominum, judex ex officio agentem repellat, quasi sine actione experietur, sive d.l.i. dum admittit procuratorem condemnari posse ita debet accipi, ne cum effectu fiat executio in bonis ipsius.

11 Unde non videtur secura traditio Ias. in d.l. 4. num. 1. ff. de rejud. dum differentiam constituit inter procuratorem ad judicia, & ad contractus, ut in judiciis non detur actio in procuratorem, & tamen detur in contractibus, d. 14. l. servum Titij ff. mandati, in idem gloss. 2. in l. procurator qui pro evictione 67. ff. de procurator. & gloss. fin. in l. fin. ff. si quis caution. gloss. 2. verbo obtulit ff. administ. tutor. quia si pares dentur termini, utroque casu eadem videatur ratio assignanda, nam etiam in judiciis procurator obligatur, & adversus eum poterit dari actio directa judicati, veluti quando se liti obtulit, ut in d.l. 4. l. 1. C. quando ex facto tutoris, d.l. Plautius 61. ff. de procurator. Imol. & Alex. num. 11. in d.l. 4. §. si ex conventione, ubi Ripa num. 10. Zazius 12. Afflct. decis. 64. numer. 3. Sicque fit in contractibus ex utraque parte obli-

gatorijs, d.l. servum Titij: si vero ex una tantum parte executio in procuratorem non fit, qui procuratario nomine contraxit, d.l. fin. ff. de institor. Quare in eo est differentia, quod in judiciis ex officio potest judex repellere petentem executionem adversus procuratorem; quod secus erit si petatur adversus procuratorem contractus, nam cum in ipsis personis initium sumpserit obligatio, & multi sint casus, in quibus procurator teneri possit, ut supra tetigimus, oportet, ut ipse excipiat, & ostendat contra ipsum executionem peti non posse juxta Bart. in l. si unus §. si pactus ne peteret num. 20. ff. de pact. Atque ex his reliquæ difficultates supra adductæ diluuntur.

Ex quibus principijs cum in praesenti casu ex chirographo constitisset, Reo fuisse merces, & res, de quibus agitur, traditas contemplatione D. Ludovici, ut ipse eas transmitteret, nulla adversus eum actio supererat, cum tanquam minister intercessisset, quo casu non cum ipso, sed cum domino absente contrahitur, cum contractus non fuerit ulterius obliquus obligatorius, ut supradixi ex d.l. si pupilli §. 1. cum ipse se Actori non obligaverit, & obstrinxerit.

SUMMARIA.

1  Ater an filios naturales alere tenetur?
Donatio in persona filij naturalis non consistit perpetuo. ibi.
Proprietas nunquam censetur do-

nata filio, nisi quando non sufficit in redditibus.

2 Donatio in pecunia facta filio, ipsi plene acquiritur, an in persona nepotis saltem donatio consistat.
An habeat locum prescriptio in rebus donatis pro alimentis. ibi.

DECISIO XXXI.

An donatio facta à clero filiae spuriæ, & nepotibus ex ea valere possit etiam quoad rerum donatarum proprietatem?

Ad Ordin. lib. 4. tit. 93.



Uidam clericus filiae spuriæ donavit omnia bona sua perpetuo cum onere duarum missarum, eo addito, ut ipsa post se ex descendentiis unum eligeret, ad quem successio transiret: Ioannes de Carvalhal frater defuncti clerici agebat contra Antonium de Matos, & alios, ad quos ex matris electione bona illo onere reali affecta devenerunt, eo fundamento, quod donatio fieri non poterat filiae spuriæ, nisi sub alimentorum ratione, unde ipsius morte extinguebatur, & evanesceret, ita ut bona deberent ad hæredes defuncti reverti: Prætor Curialis in Reorum favorem sententiam protulit, quam confirmandam censuimus, quod dos spuriæ filiae data sustinetur sub alimentorum obligatione, qua parentes etiam spurious filios alere tenentur ex canonica æquitate, de qua in cap. cum haberet de eo, qui duxit. Quæ tamen donatio illud. habet peculiare, ut in persona filij perpetuo non consistat, sed ad ipsius filij vitam restringenda sit, ex Bald. in l. eam quam C. de fideicommiss. num. 50. Gabriel lib. 1. commun. tit. de aliment. conclus. 1. à n. 28. Corduba in l. si quis à liberis §. idem rescripts num. 30. ff. de liber. agnosc. Menoch. conf. 60. num. 29. lib. 1. & de arbitrar. cas. 169. lib. 2. num. 10. Surdus de aliment. tit. 5. quæst. 7. num. 3. Beroius conf. 165. lib. 2. num. 23. sentiat, quod dos non redit ad Patrem, quem tamen explicat Surdus ibi num. 8. & elegansius Barbos. in l. 1. 4. part. num. 71. ad fin. vers. contrariam tamen, & fuit Paleoti de notis cap. 5. 1. ad fin.

Unde Beroi opinio tunc admitti potest, quando res, quæ datur pro alimentis, est immobilis, nec sufficit, ut ex illius redditibus alimenta suscipiantur, l. 4. in fin. ff. de aliment. & cibar. Covar. de sponsalib. 2. part. cap. 15. §. 6. num. 15. Barbos. ubi supra, numer. 72. vel si alimenta in pecunia data sint, quæ in ipsis alimentis absumuntur, ex Palatio in cap. per vestras §. 24. num. 8. fol. 22. quia licet proprietas rei attento jure in legato alimentorum continetur, ex d. l. 4. si tamen redditus sufficiunt, nunquam censetur data proprietas, Bald. d. l. eam quam C. de fideicomm. n. 41. Surdus tit. 2. quæst. 1. num. 36. & tit. 5. quæst. 7. num. 20. & patri, ejusque hæredibus defuncto filio restituenda est. Barbosa ubi supra.

2 Quare dubitari potest: An saltum in nepotis persona valeat donatio quoad rei proprietatem, quæ filio acquiri non potest? Et videtur, quod sic, ex l. fin. C. de natural. liber. & ex Bart. in l. fin. num. 7. ff. de his quibus ut indig. Capic. decis. 181. num. 4. Paleotus d. cap. 51. n. 6. Peregrin. de jur. fisci lib. 3. num. 80. adeo ut in dubio pro nepotibus censemur relictum. Surdus d. quæst. 7. n. 29.

Ex his cum in præsenti donatio sit concepta per illa verba perpetuo, ut apud dotatam filiam, & ejus successores perpetuo maneant bona, utique negandum non est etiam nepotes sub donationis verbis comprehensos fuisse, illisque potuisse acquiri proprietatem rerum in donatione expressarum, quæ mortua filia patri, vel hæredibus erant restituenda, & licet Rei etiam de præscribendis rebus donatis agerent, quæ præscriptio in hoc casu obtinet, ex R Bart.

Bart. cons. 119. Alex. cons. 74. vol. 3. Bald. 4. part. 4. princip. num. 72. quam præscriptionem ad duos menses restrin-
git Craveta cons. 166. numer. 13. arg.
l. i. C. de naturâl. liber. quæ tamen pro-
cedit in casu speciali, ideo sine titulo
30. annorum spatio indiget, quod elap-
sum non erat, quia non debuit com-
putari tempus, quo vixit filia donata, l.

unica C. de annali exceptione, quia du-
rabat idem impedimentum, ex Balb. 1.
part. 6. princip. num. 17. Gregor. in l. 7. tit.
6. part. 6. Gama decis. 93. num. fin. nec
opus erat recurrere ad præsumptionem,
quia extabat titulus.

Atque ex his sequentibus dominis pla-
cuit, ut sententia meritissimi Prætoris
confirmaretur: Scriba Chaves.

SUMMARI A.



*Ora non incurritur,
si creditor debitum
integrum petit non
offerendo cōpensationē
partis jam receptæ.*

2 Respectu residui mora contrahitur.
*Explicata l. si residuum C. de dis-
tract. pignor. ibi.*

**3 Mora non contrahitur, si summa
illiquida est.**

*Plus petens in stellionatum incidit.
ibi.*

*Nulla oblatio hoc casu requiritur.
ibi.*

**4 Qui libertatem petit, non sufficit,
ut offerat, nisi vere solvat,**

DECISIO XXXII.

*An debitor constituatur in mora, qui debitum non liquidum non consignavit,
vel obtulit? Ad Ordin. lib. 4. tit. 39.*



Gebat Emmanuel da Veiga cōtra Emmanuel d' Gomez d' Elvas ad magnum interesse pecuniæ debito, & statuto tempore non solutæ, & casus erat, quia cum dictus Emmanuel da Veiga ab altero Emmanuele emeret 300. mille nummos in redditibus annuis, vulgo de juro, in implemento contractus cum orientur dubia, tandem distraxerunt inter se, & composuerunt, ut pretium redderetur emptori, ad cuius solutionem venditor destinavit ad suos institores, ut satisfacerent, quos emptor acceptavit, & recepta jam parte aliqua pretij proposuit actionem, petens integrum pretium, ac si nihil omnino illi solutum esset, & tādem obtulit.

quod cōpensaret quatuor mille aureos jam à manu institoru receptos: lata hac sententia novam litem instituit super interesse pretij non soluti ratione lucri cef-
santis, allegata debitoris mora, quam con-
traxerat non solvendo residuum, nec obsignando pecuniam: Prætor Curialis Reum absolvit: in Senatu placuit confir-
mandam ex sequētibus, quod licet actor possit petere interesse pretij non redditi per actionem, non obstante prima sentē-
tia, & decisione l. 4. C. depositi, quia pro-
cedit in interesse ex judicis officio, non vero in illo quod ex contractu nascitur, quia super hoc novo judicio agi potest, ut per gloss. in illo text. verbo usurarum, Valasc. cons. 107. n. 13. Rota Genuens. decif. 61. Gama decis. 191. Menoch. lib. 3. præsumptio 131. Barbos. 1. part. l. 1. n. 4. ad fin.

fin. Surdus decis. 69. tamen incidimus in dubitationem, an mora incursa sit, supposito, quod interesse petitur pretij non redditi: & videtur quod non, quia constabat Actorem partem recepisse, & non offerebat compensationem: unde succedit, quod mora non contrahitur in debito non liquido, l. statu lib. 5. ff. de statu lib. gloss. 2. in l. ob-signatione C. de solution. gloss. 2. in l. acceptam C. de usur. quia non potest videri in mora, quia ignorat, quantum debeat, l. non potest ff. de reg. jur. Alex. conf. 42, num. 3. lib. 2. Ruynus conf. 64. num. 15. lib. 1. late Barbosa in l. si mora ff. sol. matrim. à n. 63. nec imputari potest ei, qui recurrit ad judicem ex justa causa, l. si quis solvendo ff. de usur. ibi: *Non videtur fecisse moram, si juste ad judicium provocavit, l. qui sine ff. de reg. jur.*

2 Nec obstat, quod saltem respetu residui datur mora, l. si residuum C. de distract. pignor. unde hoc casu debet fieri saltem oblatio verbalis residui, & pro eo quod liquidabitur dandi sunt fidejussores, notat ex Cepola cautela 27. & alijs Barbosa ubi supra n. 64. quia verius videtur eo casu, in quo actor non offert compensationem recepti, nullam oblationem requiri, ex sententia Gratiani lib. 1. cap. 42. à n. 42. apud quem videri potest. Nec aliud evincit d. l. si residuum, & l. servus §. fin. ff. de statu liber. quia loquuntur in eo casu, in quo debitor suum creditorem convenit, & puto non esse è converso idem jus, nam quando creditor pulsat debitorem pro summa illiquida, & quando jam partem recuperat, dolo se agit, nec speratur profutura verbalis oblatio residui, & sic manet otiosa, ut ponderat Gratianus. Insuper addo, quod dum Actor integrū premium petit, cū partem apud se habeat, plus petit, & in stellionatum incidit ex Bart. in l. si fidejussor §. in omnibus ff. mandati Ias. in §. si quis agens Instit. de action. n. 5. Cujac. lib. 2. observ. c. 21. nisi detur magna justi erroris causa, quia in facto proprio error non præsumitur l. quanquam, ubi gloss. ff. ad Vellean. Unde

ex lege Regia lib. 3. tit. 36. pæna dupli punitur, qui petit quod apud se jam habet: si ergo cogimus Reum offerre refiduum, pariter cogimus, ut ab hac pæna discedat, quam ipse juste exigere potest, & maiori compensatione debitū minuerre: quare nullam obligationē necessariam hoc casu esse existimo. Ad autē residuū, & l. servus respondetur, quod agunt è converso, quādo debitor pulsat suū creditorē, ut sibi libertatē præstet, vel ne oīgnus distrahat: quo casu ex parte debitoris requiritur vera solutio debitū, quia etiam si debtor creditori partē solvisset, adhuc pro residuo pignus vendi potest, ut ex pretio creditor sibi satisfaciat.

4 Cum ergo eo casu debitor velen impedire pignoris distractionem, non aliter hoc efficere potest, quam si vere solvat, ut impleat legem contractus: sic pariter qui libertatem petit, non sufficit, ut offerat, nisi vere solvat, & quamlibet oblationem etiam realem creditor potest recusare, si vera solutio non detur: nec ex eo dicetur in mora recipiendi, ut conditio habeatur pro impleta, l. qui decem 72. ff. de solution. notat ibi Paul. Roland. conf. 53. n. 38. lib. 1. Menoch. conf. 293. n. 10. cum statu liber prætendat acquirere actionem, si conditio habetur pro impleta, non sufficit etiam oblatio realis, sed requiritur dispositio, & consignatio: notat Bart. in l. si à te C. de paet. inter emptor. pluribus exornat Barbos. in d. l. si mora à num. 67. Quod tamen secus est, quando creditor agit contra debitorem, qui non pertendit novum jus, sed deliberationē, & justere recusat solvere illud, quod petitur, licet partem debeat: sicut alias interpellatus pro majori summa, quam ipse debeat, totum negare potest, de quo Covar. variar. lib. 1. cap. 2. à n. 5. adeo ut nec perjurium incurrat, si neget: & veram opinionem esse testatur Specul. in tit. de depositionib. §. 5. vers. secundo vero, & communem dicit Imola in cap. dilecti de maiorit. & obedient. & in cap. 1. de plus petition. ubi Abbas dixit servari in praxi. Ex quibus plauit sententiam confirmandam.

SUMMARIA.

- I** Oncessa revisione non est dubitandum, an bene coceffa fuerit.
Revisio ab interlocutoria concedi nequit.
Incompetentia duobus modis objici potest. ibi.
- 3** In incompetencia requiritur supplatio.
- 4** Iudex omnino incompetens, et si se competentem pronuntiet, non præjudicat parti.
- 5** Oppositioni an sit locus in sæculari, quando clericus ibi convenitur ex vi commissa.
- 6** Fundamenta affirmativa.

DECISIO XXXIII.

An clericus ad judicium Coronæ Regiae citatus ratione capellæ vacantis teneatur ibi respondere oppositioni tertij oppositoris; qui utrumque excludere intendit tam Regem, quam possessorem? Ad Ordin. lib. 2. tit. 18. &
lib. 3. tit. 20. §. 31.



Nstituit Dominicus Perez Clericus capellas de bonis suis in Ecclesia maiori de Torres Vedras, in quibus duos administratores delegit, alterum de ejus familia laicum, & alterum clericum ejusdem ecclesiae, qui sacris peragendis assisteret.

Et quia dicti administratores se negligenter gesserunt in peragendis his, quæ administrationem attingebant, quidam Salvator Vaz à Summo Pontifice impetravit, ut revocaret dictam administrationem, illamque sibi, & suis successoribus concederet: annuit Pontifex, judicique delegato in parti-

- 7** Oppositoris sufficit invenire duos litigantes, ut se opponere possit.
- 8** Ad fundandam jurisdictionem ciantis sufficit, ut qualitas exprimatur in libello, quæ illam fundet de jure.
- 9** Contraria opinio; quod hoc casu nullus oppositioni locus sit.
Clericus hoc casu ad judicium sæculare trahitur ex Concordia. ibi.
- 10** Oppositioni non est locus, ut quando clericus trahitur ad sæculare ratione Concordia. Explicatur Valasc. conf. 162. ibi.
- II** In foro privilegij non est locus oppositioni contra eum, qui invitus trahitur.

DECISIO XXXIII.

bus causam privationis commisit, qui sententiam in favorem impenetrantis protulit. In hoc statu à Romano Pontifice alter Clericus Gondizalus Domingues dictam administrationem impetravit, qui cum obiret, in ejus locum se subrogavit quidam Balthasar Leite, contra quem idem Salvator Vaz sententiam reportavit: & tandem citatus ad Curiam, in Rota ultima pro eo sententia lata fuit, ratione ejus possessionem dictæ administrationis apprehendit, & cum moreretur, filiam post se nominavit. Vacanteque per ejus obitum administratione, Ordinarius Philippum Iacome Canonicum dictæ administrationi præposuit, juxta telta.

testamenti antiqui tenorem. Quem sic possessionem ingredientem Procurator Regiae Coronae citavit coram Iudice Regio eo praetextu, quod dicta capella vacabat sine successore legitimo, atque ex eo tanquam vacans ad Regiam Coronam spectabat, juxta Ordin. lib. 2. tit. 26. §. 17.

Pendente hac lite, filia ab ultimo possessore electa, & nominata, quæ dicebatur Beatrix Pegada, se liti opposuit juxta formam Ordin. lib. 3. tit. 20. §. 31. ut utrumque litigantem excluderet, dictus Philippus Reus exceptionem incompetentiæ obtulit, quæ rejecta fuit, & in causa ad ulteriora processum est, & tandem sententia lata est in favorem Rei respectu Regis, à cuius petitione absolutus est: & quia super oppositione in separato processu lis agebatur, ut administrationem dimitteret, & capellam opponenti; petiit ab hac sententia (quam etiam impedivit) revisionem, & illi concessa fuit per doctissimos viros D. Hieronymum Pimenta, & Petrum Alvarez Sanches, renuente sapientissimo D. Francisco de Brito & Meneses, ex ea ratione quia revisio petebatur à non recepta exceptione incompetentiæ judicij, quæ de jure Regio est mera interlocutoria, à qua supplicatur ad Senatum ex Ordin. lib. 3. tit. 20. §. 9 & lib. 1. tit. 6. §. 9. & ab interlocutoria revisioni locus non est, ex Ordin. lib. 3. tit. 95. §. 12. & tit. do Regimento do Paço §. 34.

I Cujus revisionis cum inter alios ego judex extitissem, sequentia dicebam: quod post concessam revisionem à Principe, non erat disputandum, an posset concedi, sed de meritis ipsius agendum argum. eorum quæ in simili adducit Cabed. decis. 46. circa appellationem, an sit casus, illius vel recipiendas, postquam enim per decretū Senatus sanctum fuit appellationem recipiendam fore, delata causa ad Senatum, non licet judicibus, qui de appellatione cognoscunt, controvtere, an sit de appellatione cognoscendum, vel non: maxime quia in hoc casu

extra dubium videtur revisionem potuisse, & debuisse concedi.

2 Nec obstabit, quod revisio concessa fuit super exceptione incompetentiæ, quæ rejecta fuit, à qua cum sit interlocutoria, revisio concedi nequit; quia satisfit, quod incompetentiæ exceptio duobus modis considerari potest: primo, dum non negatur competentia jurisdictionis, seu fori in communi, sed judicij, veluti qui non negatur causam esse fori, & jurisdictionis sacerularis, sed non esse coram tali judice tractandam, vel ratione privilegij rei, vel personæ, vel litis pendentiae coram alio judice, velex similibus causis: secundo dum incompetentiæ opponitur, non ratione illius causæ, vel personæ, & privilegij ipsius specialis, sed ex defectu jurisdictionis omnimodæ, quia scilicet causa ad judicem certum privative spectat, vel ad aliam jurisdictionem, cuius est incapax, qui cognoscit, qualis est omnis causa clerici respectu judicis sacerularis, cap. 2. de foro comp. cap. clerici de judic. cum vulgaribus. Primo casu incompetentiæ respicit jus partis, contra quod si sententia feratur, indiget provocatio, quia ex autoritate legis transibit in rem judicatam, Ordin. lib. 3. tit. 75. §. 2. quæ res judicata pro veritate habetur, Afflict. d. decis. 354. num. 14. in fin. Castro cons. 268. numer. 3. lib. 1. & cons. 124. lib. 2. Secundo casu publicum jus respicit talis incompetentiæ, quod à partibus remitti nequit, cum principaliiter ordinem respiciat, deinde singulos de communitate, quorum actionibus iuri publico derogari non potest, cap. si diligenti de foro comp. I jus publicum ff. de pact.

3 Deinde primo casu requiritur, ut à sententia super incompetentiæ judicij supplicetur per instrumentum, juxta d. Ordinat. titul. 20. §. 9. vel in processu, quando causa agitetur in Senatu inferiori servata forma Ordin. lib. 3. tit. 20. §. fin. & lib. 1. tit. 16. §. 1. quia partes in judicem non suum confentire possunt, illiusque prorogare ju-

risdictionem l. si per errorem ff. de jurisd. omn. jud. l. si convenerit eod. tit, DD. in cap. de causis, & in cap. P. & G. de offic. delegat. succedit doctrina Bartoli in l. præscriptione C. si contra jus num. 6. quæ habet, quod quando judex se declarat competentem, illa declaratio illi tribuit jurisdictionem, defendit Ias. ibi num. 26. Decius in cap. super litteris de rescript. Vasconcellus diversorum lib. 1. cap. 5. num. 7. quia prætoris est cognoscere an sua jurisdictione, l. si quis ex aliena ff. de judic. ubi Barbosa infra citandus.

4 In secundo vero casu etiam si judex se competentem pronuntiet, jurisdictionem non acquirit, in casu sibi prohibito, quia ultra limites suæ jurisdictionis agit, l. ultim. ff. de jurisd. omn. judic. l. non dubium C. de legib. fuit Butrij in cap. de dilatio, Curtij Junioris in l. 2. num. 22. ff. si quis in jus vocatus, Decij conf. 18. num. 5. Alex. conf. 82. num. 3. lib. 3. Afflictus decif. 354. n. 16. Nam cum judex sit incompetens omnino, seu prohibitus, juxta cap. significasti de foro compet. illa pronuntiatio, qua se competentem asserit, nulla est, ex Décio in cap. si duobus num. 12. de appellat. prosequitur Barbosa in l. si quis ex aliena ff. de judic. num. 102. quia licet judex, cuius jurisdictione est exceptione elidibilis, possit procedere contra non comparentem, & valeat ejus processus, ex Décio in cap. duobus de appell. num. 8. Navar. in cap. cum contingat 11. causis nullitat. sicut judex inspectus valide procedit, quo usque recusat, Joann. Andr. in cap. accedens 1. ut lit. non contest. Ordin. lib. 3. tit. 21. §. 4. Barbos. in l. si quis ex aliena num. 37. Tamen quando jurisdictione nulla datur, ut quia persona est alterius fori, respectu cuius judex non solum incompetens, sed prohibitus est, utique talis pronuntiatio, qua se judicat competentem, jurisdictionem illi minime tribuit, Barbosa in d. l. si quis ex aliena num. 27.

Unde cum in præsenti supplicans

sit clericus, respectu cuius judex Regiae coronæ se dixit competentem, nec jurisdictionem habeat fundatam in persona ejus, utique talis pronuntiatio nullum jus tribuit, nec ex ea potuit jurisdictionem acquirere, & à tali nulla pronuntiatione potuit supplicari ad Principem, & revisio obtineri.

5 Quo supposito accedendo ad merita causæ, non leve est dubium, An possit tertius se opponere in causa, in qua clericus convenitur in foro sacerdotali, ex illis casibus, in quibus de jure sacerdotali judicium est competens, prout est quando clerici conveniuntur pro rebus, & bonis fiscalibus, super quibus specialis cum clero est inita concordia, de qua in articul. 35. & 40. Romæ oblatis, & ex 2. ex 11. & 9. à qua desumpta fuit Ordin. lib. 2. tit. 1. §. 17. & 18.

6 Et sine dubio videbatur posse, prout judicatum fuit in Senatu in hoc casu, cuius rei efficax argumentum est, quod tertius se opponens liti facit suspendere etiam judicium possessorum, ut ipse super proprietate audiatur, ex gloss. communiter recepta, in cap. in litteris de rest. spol. verbo rigorem, ubi Abb. num. 33. Gabriel de rest. spol. conclus. 1. num. 45. quos citat Valasc. conf. 162. num. 4.

7 Cum igitur oppositor judicio pendente accederet, nihil mirum si admittendus sit in causa ordinaria, cum etiam in causa spolij foret admittendus, impedita spoliati restitutione. Nec obstabit, quod illud judicium respectu clerici est incompetens, ut supra diximus, quia illa incompetentia versatur respectu actoris, qui vocat ad judicium clericum indebit: at vero respectu oppositoris nihil aliud requiritur, quam quod lis inter duos pendeat, ut fiat oppositioni locus, ex Ordin. d. §. 31. Quia favore publico, & partium, ne litibus vexentur, vel cogantur expectare dubios litium eventus, statim illis indulgetur, ut pariter cum causa, quæ penderet, oppositionis causa procedat

dat, & terminetur, quod si in separato processu instituatur, tunc victor in principali cum oppositore litiget. Maxime quia Principis procurator recte judicium instituit contra Reum tanquam possessorem capellæ vacantis, cuius provisio Regis erat, ex Ordin. lib. 1. tit. 62. §. 51. & lib. 2. tit. 26. §. 17. Auth. de eccl. clesiast. tit. §. si quis ædificationem collat. 9. l. legata ff. de administrat. rer. Covar. variar. lib. 2. cap. 2. Cabed. decis. 52. 2. part. num. 3.

8 Nec aliud requiritur ad fundandam jurisdictionem Regis contra clericum, quam quod illa qualitas vaccinationis exprimatur in libello, ut compellatur Regis judicium subire virtute dictæ concordiæ, quæ in ampliori forma quam ipsa lex Regia loquitur, quæ est confirmata per Summum Pontificem Nicolaum IV. per Bullam, quæ servatur in Regio Archivo lib. 1. Brevium fol. 21.

Sufficit enim ad fundandam jurisdictionem judicis citantis, illam solam quantitatem in libello exprimi, quæ jurisdictionem tribuit, quæ habetur pro vera, & probata, donec contrarium in processu constet, ex Tiraq. lib. 1. retract. §. 8. gloss. 5. num. 18. Mysinger. centur. 2. observ. 9. à num. 3. Gail lib. 1. practicar. observ. 31. quos citat Barbos. in d. l. si quis ex aliena num. 133. contra plures, qui tenuerunt judicem teneri præmittere summariam informationem, ut per supradictos, & alios, quos citat idem Barbos. à num. 129. Bobadilla lib. 2. cap. 18. num. 161. Unde cum judicium recte fundatum sit, nihil impedit, ut in eo sit oppositioni locus.

9 Vérum mihi aliud visum fuit, quod in hoc judicio nullo modo sit locus oppositioni contra clericum, quando in oppositione jus deducitur non à Rege obtentum, nec tale, ut ejus cognitio privative spectet ad judicium Regiæ Coronæ, sed longe diversum, pro quo Reus foret pulsandus coram suo judice: moveor, quia clerici suum habent judicem privativè ad alios, quos

talis privatio non solum reddit incompetentes, sed inhabiles, & omnino improrogabiles, d. cap. si diligentí de foro compet. quos à jurisdictione sæculari de jure divino exemptos prosequitur Soares adversus Regem Angliæ lib. 4. cap. 8. & sequentib. Et ultra eam Surd. conf. 301. num. 56. sed quoad bona patrimonialia melior est opinio de jure humano esse Molin. Theol. de Iust. disp. 31. tract. 2. Covar. pract. cap. 31. num. 3.

Unde in hoc Regno ex antiquissima concordia cum clero, & Regibus inita, in pluribus causis ad judicium sæculare trahi possunt clerici, inter quos est, quando pulsantur pro bonis Regiæ Coronæ, quia in his juris humani rigor remittitur, & cessat Canonum reservatio ex pæctione, & concordia à Summo Præfule approbata ex 35. art. & 40. Romæ oblatis contra Regem Dionysium, & aliis.

10 Unde cum clericus. prætextu concordiæ ad judicium sæculare trahatur, ex eo quod in libello qualitas exprimitur, quia illud judicium redditur competens, non est tale judicium capax prorogationis, ut oppositioni sit locus, ad quod alludit Ordin. Regia lib. 3. tit. 33. §. 5. ibi: *De que o juizo seja capaz.*

11 Quare cum respectu solum illius casus privilegiati judicium sit institutum, non potest in eo causa oppositionis agitari, nisi sit ejusdem speciei, & ejusdem privilegij, quia cum judex non sit capax cognoscendi nisi de articulo privilegiato, quando super rebus Coronæ agitur, non potest se intromittere circa causam oppositionis, quæ est ordinaria, & tractanda attenta sua natura in foro Rei, ex reg. cap. cum sit generale de foro comp. Sicut alias, quando clericus ratione violentiæ ad judicium sæculare trahitur, non potest ibi tertius se oponere, & suspenso professorio de proprietate agere: nec aliud dicit Valasc. d. conf. 162. quia supponit oppositionem fuisse factam eoram judice quoad omnes partes competente,

ibi enim non ecclesia erat conventa pro violentia, quia eo casu non posset tertius se opponere, nisi agere de casu pariter privilegiato, scilicet violentia intra annum, pro qua ecclesia intra annum trahi posset ad illud idem judicium, nam ibi ecclesia se opposuit: quo casu nullum datur inconveniens, quia ecclesia tenetur sequi forum Rei, nisi quando ex violentia, vel furto agat, ex Ordin. lib. 2. tit. 1. §. 5. & 6. Barbosa in d. l. si quis ex aliena num. 146. Covar. lib. 1. variar. cap. 4. num. 2.

11 Ex quibus cum in praesenti clericus citatus sit ad judicium concordatum, & ex privilegio limitatum, nulla oppositio est admissibilis, quae non versetur intra eosdem limites privilegij, veluti si oppositor jus habeat tale, quod regium patrimonium tangat, ut illud judicium fiat competens, juxta Ordin. lib. 1. tit. 9. in princip. sicut alias videmus, quod quando accusatus velit reaccusare suum accusatorem, hoc efficere non potest nisi quando judex sit competens respectu utriusque partis, alias tenetur reaccusare coram suo judice competente, Bart. in Auth. & consequenter C. de sent. & interlocutionib. num. 7. Panorm. numer. 22. in cap. 1. de mutuis petition. Barbos. in l. 2. §. legatis num. 256.

Nec obstat, quod clericus agens in saeculari potest ibi reconveniri cap. 1. & 2. de mutuis petit. Ordin. lib. 2. tit. 1. §. 1. l. cum Papinianus d. Auth. & consequenter C. de sententijs, & interlocutionib. l. 2. §. sed si agant ff. de judic. Quia respondeatur, quod in reconventione consideratur quedam prorogatio non hominis, sed legis ob vitandos litium sumptus, cap. dispendia de rescriptis lib. 6. & hoc non potest extendi ad oppositionem, quae non facit capacem judicem, sed supponit: deinde in causa spolij non admittitur quaecunque conventionio, sed illa sola, quae similem qualitatem spolij continet, Ordin. lib. 3. tit. 33. §. 5. & 6. cap. ex conquaestione de rebus. ipol. cap. super spoliatione de or.

dine cognitionum; Trentacinq. variar. lib. 2. tit. de mutuis petition. resol. 1. num. 19. Muscatel. in praxi Neap. 3. part. verbo actorem num. 27. Maranta de ordin. jud. part. 4. decis. 6. num. 42. Barbos. d. l. 2. §. legatis num. 251. ff. de judic. eleganter Valasc. conf. 32. num. 6. ubi de usurario.

Nec pariter obstabit, quod quando clericus agit in saeculari, voluntate accedit ad judicium ex reg. l. unicæ C. ut nemo invitus agere: atque ideo merito potest in eodem judicio, quod elegit, pulsari: quia respondeatur quod etiamsi clericus agat pro spolio in saeculari, ad huc non voluntarie, sed invitus agit, cum potius patiatur, pro quo est text. in d. §. sed si agant, ubi legati, qui pro injuria sibi illata agunt, reconveniri non possunt, quia qui pro injuria agit, potius patitur dum eam agendo repellit. Barbosa ubi supra num. 236. Quod maiori cum ratione admitti debet in clericis vocato ad judicium Coronæ Regiae, qui invitus vocatur, & agit, & respectu oppositoris cum sit Reus, apud suum judicem pulsari debet, non vero in eo judicio, ad quod involuntarius accedit ex vi concordatæ tantum inter ipsum, & Regem, non vero quando aliis litigat, respectu cuius privilegio non renuntiavit. Unde vel ipse agat contra Regem, vel Rex eum vocet ad judicium, vel ex capite violentiae agat, vel conveniatur, nullo ex his casibus locus oppositioni.

Atque ex his Senatui placuit sententiam latam circa incompetentiā judicij reformandam, quia cum per sententiam judicis Regij Reus fuerit absolutus, non potuit idemmet judex cognoscere de causa oppositionis, quae in separato processu agitabatur contra clericum, pro qua ipsius judex adeundus est, revocata priori sententia, quae nulla fuit, tam attento jure Canonico, quam Regio, quod sententiam nullam decernit latam contra laicum in foro ecclesiæ, quando jurisdictionis saecularis laeditur. Ordin. lib. 2. tit. 1. §. 1. 4. quod à for-

fortiori admitti debet respectu jurisdi-
ctionis ecclesiasticæ, & fori privilegij,
quo remitti nequit : idem diximus in

SUMMARIA.

- 1  *Confessio patris in fa-
vorem unius ex filijs
alijs non præjudicat.*
- 2 *Filius tenetur probare vere debita
extare.
Sic pariter in donatione remunera-
toria. ibi.*
- 3 *Ex sententia ex confessione habi-
ta non oritur prælatio inter credi-
tores.*

DECISIO XXXIV.

*An filius in vita patris sit audiendus pro annullanda confessione patris
facta in favorem alterius filij? Ad Ordin.*

lib. 4. tit. 12.

- 1  *Ontra patrem suum
egerat ejus filius Em-
manuel Martinz, pe-
tens à patre mag-
nam pecuniæ quan-
titatem , quam pa-
ter agnovit , & ex
ipsius confessione lata fuit sententia ,
contra quam gener ipsius , qui ejus fi-
liam uxorem duxerat, ob præjudicium ,
quod sibi in posterum ex dicta senten-
tia gigni poterat , impedimenta obtu-
lit , quæ cum recepta fuissent à judi-
ce , finali sententia fuerunt rejecta : & in
Senatu re maturius ponderata primus
judex sententiam duxit revocandam ,
quia satis probabatur collatio in fra-
udem aliorum filiorum , & quod inerat
in tali confessione quædam donatio si-
mulata , & succedebat Ordin. lib. 4. tit.*

12. quæ venditionem,& permutationem
prohibet inter patrem,& filium , vendi-
tionem absolute , ne ullo modo fiat, per-
mutationem vero, quando inæqualis sit,
nam illa verba, *Que desigual seja*, non ad
venditionem referri debent, sed ad per-
mutationem. Et licet hæc Ordinatio sit
restringenda , ut explicat Gama decis.
295. nec eam extendendam dicit ad da-
tionem in solutum , quia venditionem
impropriam inducit, & sic pariter dicen-
dum sit in confessione debiti facta in fa-
vorem filij.

2 Tamen filius , ut ex confessione
obtineat , semper tenebitur probare
vere, & realiter debita extare , ne con-
fessio simulata , & in fraudem filiorum
facta censeatur , & magis esse simula-
tam donationem , quam confessionem
debiti ; sicut alias , si pater permuat in-
æqualites

casum inter Hectorēm Mendes de Bri-
to, & Paulum Bezerra de Barros: Sed ad-
huc est causa sub judice.

æqualiter cum filio, potius dicitur donare, ex Ordin.lib.2.tit. 18. §. 4. in fine, juncta altera lib.2.tit. 35. §. 19. & res permutata dividitur inter hæredes, in simili lege Baeça de non meliorand.filiab. cap.36.num.11.facit Bart.in l. ab omnibus in princip.ff.de legat.1.

3 Sicut pariter videmus donationem remuneratoriam annullari meritis non probatis, ut notant DD. in l. si donatione C.de collation. & ex sententia habita per confessionem partis, non oriri prælationem respectu aliorum creditorum, dixit Bart. in l. post contrarium ff. de donat. in fine, Barbosa in l.1.6.part.num.42. ff.sol. matrim. sic limitata regula Ordin. lib. 3. tit. 91. §. 1. Cum igitur simulationis non desint argumenta, de quibus Valasc. quæst. 7. de jur.emphyt num. 7. & duæ præsumptiones sufficient ex his, quæ Mafcard.conclus.447.Gama decis. 120. Franc. Marcus quæst 46. Valasc. cons.5. num. 21. & cons.154. Menoch. cons. 303. num. 19. eleganter præter alios Iaf. in l. si is qui de vulgari num.21.

4 Ubi ad præsumendum simulationem, & fraudem venditionis paternæ quatuor enumerat conjecturas, si emit filius omnia bona patris, si per interpolitam personam, si emit in continentia tertio, qui à patre emit, quarta quando solum adest confessio pretij, & secundum hoc dicit stare communem opinionem.

5 Ego advertebam, non mihi esse dubium circa simulationem probandam, sed de eo solum, an filio in vita patris liceat agere de nullitate confessionis paternæ, seu donationis inofficiose: primo, quia videtur agere pro legitima in vita parentis, cum eo tempore non debeatur, l. 1. §. si impuberi ff.de collation.bonor. quod in donatione immensa firmavit Pallat.in cap. §. 22. num. 4. & §.24.num. 3. concordat Segura in l. co-hæredi §.cum filiæ de vulgari, Bertrand. in l.hac edictali C. de secundis nuptijs §.num.17. §. si vero: qui firmat donationem factam à secundo nubente, ul-

tra modum ibi assignatum, non posse à filijs impugnari, matre vivente, Bald. cons.288.col.2. lib.4. & fratres vivo parente immensam donationem infringere non possunt, testantur Bart. Cyn. & Bald. in l.1.C. de inoffic. donat.Salyc.in l.si totas, vers.nunc quæro C.inoffic.Tiraq. in l.si unquam in princ. num. 91. sicut alias stante statuto retractus, filius non potest retrahere rem à patre alienatam, Tiraq. de retract. lib. 1. gloss.9. §.1.num.46.Baeça de non meliorand. filiab.cap.34.num.8. Et obiter dictum sit, quod nec ipse pater potest tales donationem revocare, ne turpitudinem suam prodat, ut colligitur ex Bart.in l. sicut §. supervacuum in fine ff. quib. mod. pign. Ubi tenet venditorem suam venditionem non posse dicere simulatam, licet ipse citetur in contrarium in l. emptor. ff. de aq. pluvia, & in l.quemadmodum C. de agricol. & cens. lib. 11. ut refert Firmius de episcopotom. 4. tractatum num. 124. fol. 55. & pro hac sententia faciunt verba Ordin.lib. 4. tit. 12. in fine ibi: *Como que estivera em poder do vendedor:* quibus verbis simulatam permutationem ab alienante impugnari non posse plane testatur, cum bona extra ipsius potestatem non esse præsupponat tempore obitus, quasi revocare non potuisse in vita.

Redeundo ad casum, filio videtur præclusa actio agendi in vita patris, ex traditis per Angel. in §. item si quis in fraudem Institut. de action. Costa in l. qui duos §. cum in bello, verbo postea mortui ff.de rebus dubijs, Pinel.in l.1. C. de bon.matern.3. part. num. 75. Menchaca success. creation. lib. 2. §. 20. num. 289. & probat Ordin.d.tit.12. in fine ibi: *E por morte do vendedor,* &c. quo loco supponit in vita ipsius agi non posse.

6 Quare filius solum admitti potest, ut per officium judicis in vita patris declaretur, ne sibi præjudicent tales alienationes, nec nocere possit agenti longæva possessio, prout in simili casu fieri posse testatur Soares alleg. 4. à num. 6. & huic sententiæ accessit D. Emma-

DECISIO XXXV.

203

Emmanuel Coutinho de Castelbranco, qui sub forma, & declaracione præ-

dictam sententiam scripsit: est processus apud Scribam Vianna.

SUMMARIA.



1 Aut & ratione nauli, & salarij tacitam habent hypothecam. Habens jus prælationis inter personales creditores, vel hypothecarios, potest revocare pecuniam solutam à suo debitore alijs creditoribus ipsius.

3 Confutatur Afflict.

Tacita hypotheca sufficit, ut pecunia soluta revocari possit.

4 Fiscus ex tacita hypotheca solutum à suo debitore repetit.

5 Idem inter privilegiatos in actione personali.

6 Pretium rei hypothecatae vendita non manet hypothecatum.

7 Pecunia dicitur in genere hypothecata.

Ex sententia Cumani est specialis hypotheca.

8 Per condicitionem ex lege pecunia soluta peti potest.

DECISIO XXXV.

Quando magister navis salarym debitū exercitoribus, vulgo Marinheiros, recepit, & ex illo sua debita creditoribus soluit: An dicti officiales navis possint dictam pecuniam ab illis quibus soluta fuit condicere, vel an agere debeant contra magistrum personali actione?



Um navis ex Brasilica provincia hujus almæ urbis Portum appelleret, Magister ipsius à mercatoribus, quorum mercibus onusta fuerat, pretium nauli navis exercitoribus debitum exegit, atque ex illa pecunia suis creditoribus satisfecit: miseri nautæ contra illos, quibus pecunia soluta est, agunt in judicio competenti, ut si bi sua pecunia reddatur: Rei se defendunt, quod confusione nummorum illorum dominium extinetum fuerat, ex reg. l. si alieni ff. solution. ibi: *Sed si mixti alijs sint, ita ut discerni non possint ejus fieri qui accepit.*

1 Et quia sententia contra Reos lata fuit, re delata ad Senatum, priori-

bus dominis placuit sententiam retrocandam ex ratione d.l. si alieni, quam confirmandam censui: ex ea ratione quia nautæ ratione nauli, tacitam habent hypothecam in rebus illatis cum jure prælationis cæteris creditoribus, ex text. in l. Lucius ff. qui potior. in pign. & argum. l. interdum extat ibi: *Interdum posterior creditor potior est priore, &c.*

2 Inde fit, quod habens jus prælationis inter personales virtute suæ prælationis, vel hypothecæ potest revocare pecuniam per suum debitorem suis creditoribus solutam, si pecunia extat per hypothecariam, l. pen. §. fin. ff. de pignor. l. idemque §. fin. ff. qui potiores, Negus de pignor. 2. part. memb. 1. num. 11. Peregrin. de jure fisc. lib. 6. tit. 6. n. 5. s. au-

si autem est bona fide consumpta, creditor eam condicit actione personali, l. ultim. §. fin. vero C. de jur. deliber. Co-var. praet. cap. 29. Menoch. conf. 25. n. 4.

3 Licet Affl. decis. 190. num. 6. contrarium sentiat, ex l. pupillus ff. quæ in fraud. credit. l. si non expedierit §. 1. ff. de bon. author. judic. Contra quem facit text. in l. pecunia C. de privil. fisci, ubi datur sola tacita hypotheca non privilegiata, qua fiscus à suo debitore solutum revocat: idem ergo in qualibet alia tacita hypotheca alterius creditoris, prout illam accepit legem Stracha de decoctor. ultim. part. ult. p. à num. 30. Cæsar de Ursilis in addit. ad Affl. decis. 190. num. 5. Capic. decis. 78. num. 1. tacito Negus. de pignor. 4. membr. 2. part. num. 98. sequitur Barbosa l. 1. 6. part. ff. solut. matrim. num. 21. ubi in vers. si autem, idem extendit ad creditores privilegiatos inter actiones personales, ut solutam pecuniam revocent, sequitur Gregor. l. 11. tit. 14. part. 5. gloss. a que vence, & l. 9. tit. 15. part. 5. verbo vence, Matienço l. 7. tit. 16. lib. 5. Ordin. gloss. 5. num. 16.

6 Nec obstat quod soluta illa pecunia, quæ hypothecata erat, hypotheca extinguitur, Cephalus conf. 555. n. 7. lib. 4. Phanucius de juvent. 1. part. num. 174. Gama quæst. 1. num. 7. quasi res ipsa perempta sit, d. l. si alieni ff. de solution. adeò ut nec pretium rei hypothecatae

venditæ hypothecatum maneat, l. 1. ff. de distract. pignor. l. quamvis C. in quib. cauf. pignus.

7 Satisfit enim, quod dicta pecunia cum sua causa, & onere transit, & dicitur in genere hypothecata, ut sic nunquam possit dici consumpta arg. l. incendium C. si cert. petat. Bart. in l. pupillus ff. quæ in fraud. ante fin. receptum dicit Stracha d. tit. de decoctorib. ult. p. ult. part. à n. 30. de quo est text. in l. idemq; §. fin. qui potior in pignore. Quod si adhuc placeat dictam hypothecam in genere considerari non posse ratione pecuniæ, sed magis specialem, ut dixit Cumanus d. l. pupillus num. 5.

8 Tamen adhuc creditori potiori agenti competit condicatio ex lege ad revocandam pecuniam posteriori foliutam l. pen. §. et si præsatam C. de jur. deliber. d. l. pecunia C. de privil. fisci, Gutierr. lib. 3. practicar. quæst. 100. num. 9. Capic. decis. 78. num. 5. Barbosa in d. l. 1. 6. part. num. 20. ad medium.

Ex quibus in præsenti judicavimus sententiam confirmandam, quia nautæ nauli pecuniam hypothecatam habebant, quam repetere, seu revocare recte poterant à bonæ fidei possesflore, etiam consumptam per conditionem ex lege jure extraordinario; maxime quia Magister aberat, nec dabatur ipsius copia, ut suum nautæ consequi possent.

S U M M A R I A.

- 1  Nterpretata Ordin. lib. 4. tit. 32.
Dum illa Ordin. tēpus præscribit, procedit in alijs, qui alio titulo, quam famuli inserviūt.
- 2 Cappellani non comprehenduntur sub lege, quæ de famulis loquitur.
- 3 Cessat lex Regia, quando famulus à

domino salarium petijt etiam extrajudicialiter.

Idem si inter eos factæ sint computationes. ibi.

5 Ordin. non procedit, quoties salarium per scripturam promissum est.

Lex Regia non admittit præscriptionem. ibi.

Famus.

DECISIO XXXVI.

205

Famulus habens apud se rem aliquam domini loco pignoris, eam retinere potest. ibi.

6 *Domino agenti contra famulum perpetuo competit exceptio.*

Exceptio sola illa perpetua est, cuius materia non potuit opponi per viam actionis. ibi.

Evangelicæ denuntiationi pro salario debito locus non est. ibi.

DECISIO XXXVI.

An Capellanus, cui per chirographum suum dominus salarium promisit, repelletur, si per triennium tacuit? Ad Ordin. lib. 4. tit. 32.



Nservierat Ludovicus Mendez da Motta Diddaco Botelho, olim Brasiliæ Provinciæ Gubernatori in officio capellani, & pro salario annuatim sibi solvendo, illi promiserat 200. mille nummos cum habitacione, cuius summæ chirographum sua manu confectum capellano tradidit, qui cum per anni, & dimidijs spatium in ejus servitio cōmoratus esset, dictus Didacus obiit, & ab ejus filio Nonio Alvarez Botelho, tanquam patris hærede salarium exposcit, qui se præscriptione temporis defendebat authoritate legis Regiæ lib. 4. tit. 32. Iudex sententiam absolvitoriam in favorem Rei protulit eo fundamento, quod læsio intercesserat in excessiva salarij assignatione, quod quidem Senatui displicuit, ubi ejus sententia reformatione digna visa est, ex sequentibus fundamentis.

1 *Quia supposita Regia Ordin. lib. 4. tit. 32. quæ statuit, ut post triennium famuli non admittantur ad salarij promissi exactiōne, ibi: Se despois que se delle sahirem passarem tres annos, & seus amos, & senhores estiverem sempre nesses lugares, onde se delle servirão, não os poderão mais demandar, nem serão a isso recebidos, &c. est similis lex Castellæ 3. tit. 13. lib. 3. Ordin. & l. 63. Tauri, & pragmatica edita Mattiti anno 1528. cuius meminit Dueñas reg. 306. & reg. 6. in fin. princip. de quorum intellectu, &*

justitia late Menoch. lib. 2. præsumption. 91. Padilla in l. 1. C. de servit. num. 46. Gutierrez. de jurament. confirm. 3. part. cap. 1. à num. 21. Flamin. de resign. 2. part. lib. 11. quæst. 4. num. 53. Flores variarum lib. 1. quæst. 7. §. 1. num. 63. & §. 2. num. 4. Gama d. decis. 334. num. 9. Sanches de matrim. lib. 7. disput. 37. num. 17. Azeved. l. 6. tit. 15. lib. 4. novæ Recopil. num. 22. Mexi. taxa panis conclus. 1. num. 122. Covar. in reg. possessor 2. part. §. 11. n. 2. Molin. de justitia tract. 2. disput. 67. qui alios quamplures ci- tant ultra doctissimum, & studiosissi- mū Barbosam in annot. ad illam legem.

2 *Illud videtur recipiendum, quod ea Ordinatio, dum tempus ad agendum præscribit famulis, non procedat in il- lis, qui alio titulo quam famuli inser- viunt, patet ex princ. ibi: Os homens, ou mulheres que morarem com senhores, ou amos, &c. pungit Gama d. decis. 334. in fine. Quod maxime procedit, quia lex est restringenda ad casus, in quibus lo- quitur, ut in simili dicit Peres in l. 3. tit. 3. lib. 3. vers. Præterea: sicut alias quælibet exorbitans, & odiosa dispositio re- stringitur, dummodo tamen verborum observetur proprietas, ex his quæ Ti- raq. in l. si unquam in præfat. num. 119. Caldas Pereira de nomin. q. 13. n. 17. ele- ganter Surd. conf. 140. n. 64.*

3 *Cum igitur alio titulo quam famuli, capellani in domibus nobilium recipiantur ad servitium alterius ordi- nis, non debent comprehendendi sub ge-*

S generali

neralitate hujus legis, nec hac exceptione repelli, quæ peremptoria est, & in quacumque judicij parte potest opponi, ex his quæ Rebuff. ad leges Gall. tit. de famul. salar. gloss. 11. in princip. sicut alias eidem legi locus non erit, quando famulus salarym à domino petierit, etiam extrajudicialiter cum testibus, quia quælibet petitio hujus legis rigorem infringet, & præscriptionem interruppet saltem de jure Canonic, prosequitur late Gutierr. ubi supra d. cap. 1. num. 24. & seqq. in simili Rebuff. ad leg. Gall. tit. de mercator. minu. vend. artic. 1. gloss. 16. fol. 125. & gloss. 22. fol. 230. vel si inter dominum, & famulum sint factæ computationes, & conclusum quantum debeatur, datique & accepti ratio consummata, quia tunc agi potest intra 30. annos ad instar cuiuslibet actionis personalis, cui minori spatio non præscribitur, ex Ordin. lib. 4. tit. 79. idem Rebuff. gloss. 20. n. 2. fol. 228. nec in hac computationum ratione scriptura necessaria est, per l. pætum quod bona' fide ff. de pæt. Nec obstat Ordin. lib. 3. tit. 59. quia procedit in probando debito: in nostro autem casu agitur de probandis rationibus habitis, ne præscriptioni sit locus, ut arguantur mala fides præscribentis, ad quod sufficit etiam extrajudicialis petitio, Gutierr. de juramento confirm. 3. part. cap. 1. num. 24. Flores lib. 1. variar. quæst. 8. §. 1. num. 63. & §. 2. num. 41. Sanches de matrimon. lib. 7. disputat. 37. n. 17.

5 Illud insuper notabam, quod cum Capellano fuerit salarym promissum per chirographum domini, hæc Ordinatio pariter non procedit, in eo casu, in quo conventio salary in scripturam redacta est, quia jam constat de debito, ita ut domino incumbat probare solutum, ex reg. l. 1. ff. de exception. l. 1. C. de probation. sentit Rebuff. ubi supra gloss. 13. fol. 246. etiam si manu privata sit scriptum, ut per eum gloss. 14. Cujus rei videtur esse ratio, quia hæc Ordinatio ideo famulis tempus præscribit, ne bis idem exigatur

à dominis, non tamen debiti realiter præscriptionem inducit, quia obstat mala fides præscribentis, ex reg. cap. fin. de præscript. prosequitur Gama ubi supra num. 7. adeo ut dominus teneatur solutionem allegare, quam lex præsumit ex cursu illius temporis, quod in vim probationis admittitur, quia tempus inter modos probandi legitimos connumeratur, unde fit quod qui dixerit se præscriptissime, non bene se defendit, quia debet allegare solutionem; unde non infeliciter Dueñas d. reg. 306. limit. 7. addit, quod si famulus rem aliquam domini apud se habeat, illi non currat tempus, quia loco pignoris videtur illam habere, unde quando dominus agit, licite excipere potest de salary sibi debito, quia ea quæ sunt ad agendum annalia, sunt ad excipendum perpetua, l. pure §. fin. ff. de dolim. & metus exceptione, sequitur Rebuff. ubi supra n. 9. Felin. in cap. ex transmissa n. 9. de præscript. Ancharran. cōs. 5.

6 Verum merito in contrarium inclinat Gutierr. ubi supra num. 22. ex doctrina Bart. in l. 2. num. 3. ff. de exception. ubi docet, quod exceptio illa sola perpetua est, cujus materia non potuit proponi per viam actionis; at vero quando pro illa re consequenda agi potuit, pro qua modo excipitur, si actio jam præscripta est, sic & pariter exceptio extincta censeri debeat, ne sublata actione, à qua dependet, exceptio ipsa adhuc supersit, dicit communem Gomes 1. tom. variar. cap. 11. n. 20. Covar. in pæt. cap. 25. num. 4. licet primam opinionem in foro ecclesiastico servandam dicat idem Gutierr. n. 23. in fine: cuius in hoc opinio sequenda non videtur, quia æquitas canonica non debet introduci contra jus: sicut pariter cendum est à Peres d. l. 3. in fin. vers. esset alia declaratio, dum ientit his casibus, in quibus famulus agere non potest, quia tempus elapsum non est, tunc possit adire judicem ecclesiasticum per denuntiationem Evangelicam, & ab eo petere, ut debitrem compellat, ut solvat

solvat, quia adhuc sublata civili actione, manet naturalis, quia tenetur solvere, & succedunt quæ Panormit. in rub. num. 5. & in cap. fin. de præscript. num. 22. quia usus Evangelicæ denuntiationis in his casibus usu non recipitur, ne detur jurisdictionum perturbatio: sicut pari ratione, non admittitur, in læsionibus intra dimidium justi pretij in quibus naturalis æquitas offenditur, quæ non patitur, ut ad invicem decipient

contrahentes, i. in causæ §. naturaliter ff. de minor. atque ex his exulat à tribunalibus d. denuntiationis usus his casibus læsionis, præscriptionis, & similibus, explicat Valasc. de jure emphyr, q. 7. à n. 22.

Ex his igitur cum Reus solutionem non probet, eum censuit Senatus condemnandum, tanquam hæredem patris sui, reformata sententia: Scriba George Fernandez.

SUMMARIA.



1 Nullato titulo addictio-
nis pars in mala fide co-
stituitur.

2 Sententia injusta non præstat fructuū acquisitionem. ibi.

3 Malæ fidei possessor equiparatur violento.

4 Distinctio facienda est inter malæ fidei possessorem titulatum, & sine titulo.

5 Ex qualibili titulo injustus pos-
sessor excusat per percipiendis.

Explicatur Ordin. lib. 4. tit. 48. §.
6. ibi.

6 An solvantur qui secundum spoliati industriam percipi potuerunt.

Explicatur l. ceterum ff. de rei vendic. ibi.

7 Servi edociti expēsis possessoris non solvuntur fructus ex illo augmen-
to. ibi.

8 Quid dicendum in fructibus me-
liorationum.

Qui dicant, quod compenset fru-
ctus. ibi.

9 Ponderata Ordin. lib. 4. tit. 48. §.
7. ibi.

Illa Ordinatio non debet trahi ex-
tra suum casum. ibi.

10 Ponderatur Ord. lib. 3. tit. 86. §. 5.

Etiam possessor bonæ fidei compen-
sat impensum cum fructibus per-
ceptis. ibi.

11 De jure communi etiam possessor
bonæ fidei compensat fructibus me-
liorationum.

Expensarum dominium cedit do-
mino soli. ibi.

12 Qui bona fide possidet, non compen-
sat fructus, si factus non est locu-
pletior.

Possessor malæ fidei ipsas meliora-
tiones amittit.

13 Malæ fidei possessor solum levatur
circa fructus percipiendos.

14 Fructus non dicuntur nisi deductis
expensis.

In impensis pro fructibus colligen-
dis diverso modo proceditur. ibi.

Declaratur l. si servus 27. §. oli-
vam ff. ad l. Aquil.

Explicatur l. 1. C. de infantibus. ibi.

15 Tribus modis quis impendit in re
aliena.

DECISIO XLVII.

- Vel quando tanquam negotiorum gestor. ibi.*
- Explicata l. si pupilli , §. sed et si quis ff. de negot. gest. ibi.*
- 13** *Secundo, quādo proprium, non alienum negotium gerens impedit.*
Hoc casu sola datur retentio. ibi.
Competit aequitas l. si me , & Titium. ibi.
- 14** *Tertio, quando impedit in rem maioratus.*
Competit actio negotiorum gestorum. ibi.
- 15** *Contra violentos possessores datur juramentum in litem.*
Interpretat. Ordin.lib.3. tit.52. §.5.
& tit.86. §.16.

DECISIO XLVII.

An annullato titulo publicæ addictionis teneatur , qui rem cum fructibus restituit, non solum ad perceptos, sed ad eos , qui percipi potuerunt?

Ad Ordin.lib. 3. tit. 86. §. 4.



Btinuit Didacus d'Abreu sententiam contra Franciscam Vieira , quam executus fuit in bonis debitricis , & in certis domibus , & servis , contra quam addictionē debitrix opposuit impedimenta , & obtinuit, ut addic̄tio nulla pronuntiaretur, bonaque ipsi restituerentur cum fructibus : in liquidatione controversum fuit , an teneretur Reus ad fructus , & quomodo cum illis expensæ compensandæ , qui poterant percipi ex locatio- ne domus , & servorum, à Præside in omnibus condemnatus fuerat: re delata ad Senatum , & intet ea quæ à sapien- tiſſimis Collegis dicta fuere , notabam quod in præſenti addic̄tio annullabatur , quia Reus omiserat citationem partis , & sine debitibus solemnitatibus bona debitricis distracta fuerant , quo ca- ſu annullato titulo , ipſe in mala fide conſtituebatur, ſicut alias eſt in mala fide, qui contra jura mercatur, & dolofe, & cum fraude alienarum rerum posſeſſionem occupat, ex gloss. verbo mala in l. I. C.de fid. instrum. & jur. hast.fiscal. lib. 10. Iaf. in §. item ſi quis in fraudem Institut.de action. num.45. quia errans in

jure fructus restituit , ex Decio cons. 282. Gama decif. 311. num. 1. nec ſen- tentia iuſta p̄ficit fructuum acqui- ſitionem, ut per DD. in l. filio §. 1. ff. in- offic. testam. Francus in cap. dilecto de appell. col.3. ad fin. licet aliquando ex- culcat à fructibus percipiēdis , ut notatur in cap. ex insinuatione de procurator.

Unde cum plenaria deberet fieri re- ſtitutio, multa dubia incidebant in pro- cessu: primo , an omnis malæ fidei poſſessor teneatur ad ſolutionem fructuum, etiam percipientorū ; ſecundo , an ali- quoſ faciat ſuos ; tertio , an deducat ex- pensas ; quarto , an circa estimationem deferendum ſit juramentum Aetri, cui reſtitutio facienda eſt.

2 Et quo ad primum notissimi ju- ris eſt, malæ fidei poſſessorē aequipa- rari ei, qui per vim poſſidet, quāvis hic ultimus gravius delinquat , l. ſi quis in tantam C. unde vi, l. ſi quis ad ſe C. ad l. Iul. de vi, quia cū uterq; aequaliter tenea- tur dānum illatū resarcire; inde fit, quod ſicut violentus poſſessor ad omnes fructus perceptos, & qui potuerūt percipi teneatur, ex cap. gravis de reſt. ſpol. il- lud idē recipitur in quolibet alio malæ fidei poſſessorē, l. fructus in princ. ff. de rei vend. l. domū, C. eod. tradit ibi gloss. ult.

ult. ubi Abb. num. 7. Beroi. 34. in d. cap. gravis, post alios Menoch. remed. 15. recup. num. 606. l. si fundum C. de rei vēdic. ibi: *Quos mala fide percepisset, cap. conquerente de rest. spol. ibi: Perceptis, cap. bonæ, ibi: Fruetus medio tempore perceptos, de appell. Gregor. l. 40. tit. 28. part. 3. verbo teudos, Tiraq. de retract. tit. 1. §. 1. gloss. 15. num. 28. olim tamen violenti possefiores, qui conventi rem non dimittebant, condemnabantur in duplicatis fructibus, de quibus agit Paul. lib. 5. sententiarum tit. 6. vers. ex die, & text. in l. si remunerandi 6. §. ult. ff. mandati, ibi maiores fructus declarando, id est duplos, prout Cujatius lib. 4. observat. cap. 11. advertit, & lib. 5. cap. 21. agens de intellectu l. 3. ff. de interdict.*

3 Est tamen distinctio facienda inter malæ fidei possessorem titulatum, vel sine titulo, ut prior solum ad perceptos teneatur juxta d. l. si fundum, posterior vero indistincte ad omnes, juxta regulam d. cap. gravis de rest. spol. & licet hæc differentia nullo jure probetur, & obstant jura citata à gloss. in d. l. si fundum, ut per Menoch. ubi supra num. 607. adeo ut contrarium sequatur Beroius in d. cap. gravis num. 34. ad fin. Loriotus de fructib. action. 50. & alij.

4 Tamen praxis communem amplexa est, ut ex qualquali titulo injustus possessor excusetur à percipientis, judicatum dicit Rotta decis. 597. de rest. spol. Menoch. 1. remed. recup. num. 413. quam amplexa est Ordin. lib. 4. tit. 48. §. 6. ibi: *E tornelhe ainda os frutos que ouve dessa causa no tempo que a teve despois da compra feita: ubi solum ad perceptos videtur obligare malæ fidei emptorem, qui rem à marito sine uxoris consensu emerat, facit l. cæterum ff. de rei vendic. Quæ tamen Ordinatio non multum urget, quia licet loquatur de perceptis, non inde sequitur quod non tenebitur ad percipientes, de quibus non agit, quia resultat à contrario pravus sensus, juxta gloss. & communem in l. conventicula 15. C. de episcop. & clericis, gloss. 2. in cap. 1.*

de ætate, & qualitate in 6. Quare suppleri debet in casu omisso à jure communi, secundum quod mala fide possidens tenetur ad fructus, qui potuerunt percipi, & eodem modo respondetur ad l. si fundum C. de rei vendic. quæ tamen de perceptis loquitur, & ad d. l. cæterum satisfacit Barbosa in d. l. divortio §. fin. num. 52. & 55. ubi vide, sed praxis in judicando observanda.

5 Unde quando possidens mala fide tenetur de percipiendis, quia sine titulo possidebat, dubitari solet, an debantur fructus, qui secundum industriam spoliati poterant percipi, vel secundum spoliatoris industriam? & summam spoliati diligentiam attendendam esse, sentit text. in l. si de possessione C. unde vi, ibi: *Quos vetus possessor percipere potuit, non tantum quos prædo percepit. Et in quolibet malæ fidei possessore receptum prebat l. si navis ff. de rei vendic. l. apud Julianum 40. §. 1. ff. de legat. 1. l. sed & partus ff. quod metus causa gloss. in l. fructus verbo restitui ff. de re judic. gloss. verbo potuisset in l. 2. C. de fructibus, Boer. decis. 267. Menoch. d. remed. 1. num. 414. Obstat tamen, quod spoliator illos restituit fructus, quos secundum suam industriam recipere potuit, ex textu in l. domum C. de rei vendic. l. 1. C. de petit. hæred. l. sed et si §. quod autem, vers. sed fructus, ff. illo titulo, l. ait prætor §. per hanc ff. quæ in fraud. creditor. l. 2. C. de fructib. Communis tamen obtinuit, attendendam esse diligentiam communem, vel singularem ipsius spoliati, non vero spoliatoris, qui juxta suam singularem industriam plures percipere posset, Menoch. ubi supra num. 416. Covar. in reg. peccatū 2. part. §. 6. in fin.*

Nec obstat l. cæterum ff. de rei vendicat. ubi ex augmento servi edocti non solvuntur fructus, quia ille textus licet procedat in possessore malæ fidei, ex gloss. ibi, in eo textu ideo levatur possessor ab operibus receptis à servo ex artificio, quia ejus expensis didi-

cerat, & æquitas suadebat, ut usque ad 25. annum compensarentur cum alimētis præstitis, post illud vero tempus nihil impedit, ut restituantur, explicat Barbos. ubi supra n. 57.

6 In secundo puncto an malæ fidei possessor aliquos ex fructibus suos faciat? Controversum est, in fructibus à meliorationibus collectis, & quod meliorantis fiant, adeo ut nec compensentur cum impensis, tenuerunt plures, ut per Valasc. de jure emphyt. quæst. 25. à num. 26. Garcia in tract. de expens. cap. 23. à num. 54. Cavalcan. decis. 44. & 45. num. 67. & decis. 28. num. 8. part. 1. Rodoanus de rebus eccles. §. de emptione num. 4. Menoch. de recuper. remed. 15. quæst. 50. num. 609. Gama decis. 364. quorum o pinio fundatur in l. emptor ff. de rei vendic. ubi Angel. quem citat Gama d. decis. 364. in princip. Valalc. conf. 83. à num. 20. prosequitur Covar. lib. 1. resolut. cap. 8. num. 4. Afflict. decis. 87. Negusan. de pignor. 4. part. quintæ principal. num. 20. cum seq. Gutierr. 3. part. quæst. 68. n. 17.

Contrarium alij sequuntur, quod omnino compensare teneatur malæ fidei possessor meliorationum fructus cù ipsis expensis, vel ille cuius titulus à principio fit irritus, vel annullatur, non vero si tempore finiatur, prout sunt fructuarij, & emphyteutæ, vel in casu l. 2. C. de rescind. vend. Gama dec. 310. à princip. & num. 5. Franchis decis. 119. num. 19. Garcia de expensis cap. 23. n. 58. Barbosa in l. divortio §. fin. num. 45. Et ita observari concurritur Gama d. decis. 364. in princ. Et illud de novo in Senatu introductum, quod malæ fidei possessor fructus meliorationum compensare teneatur, pro qua opinione urget Ordin. lib. 4. tit. 48. §. 7. ibi: *E querendo o comprador cobrar algúas benfeitorias necessarias, ou proveitosas, que fez na causa comprada no tempo que esteve em posse della, será obrigado compensar os frutos que ouve della em todo o caso, ainda que os recebesse antes da lide contestada: quæ*

Ordinatio loquitur in malæ fidei possesso, cujus titulus nullus est, emerat enim sine uxoris consensu scienter, ut patet ex §. 6. quem subsequitur, & illam Ordinationem non debere trahi extra suum casum, dixit Valasc. d. cons. 83. n. 20. & 21.

7 Cujus tamen resolutioni obstat Ordin. lib. 3. tit. 86. §. 5. ibi: *Porém quão do o comprador dos ditos bens tiver feitas bemfeitorias, serlhehaõ pagas por aquelle a que se os bens tornaõ, compensando toda-via em tal caso as novidades, que tiver recebidas, &c. & paulo infra: Havemos por bem que das bemfeitorias se faça cõpençãao: quæ Ordin. loquitur de possessor bonæ fidei, qui judicis autoritate pos-sidebat, cui pro executione sententiæ res addicta fuerat, pendentibus impe-dimentis, & sub illa conditione resolu-tiva si contingaret ut sententia per impedimenta retractaretur, & titulus à principio fieret irritus, resque addicta esset domino restituenda: atque ex his apparet, non solum in possessor malæ fidei, esse impensum compensandum cum fructibus, sed & in possessor bonæ fidei, prout Ordin. Regia decidit, in quo sequens juris communis regulas disposuit, secundum quod meliorans fructus perceptos ex suis meliorationibus tenetur compensare, etiamsi bonæ fidei possessor sit, receptum in tribuna-libus dicit Covar. d. lib. 1. resol. cap. 8. num. 4. vers. quid igitur, Carolus in con-suetud. §. 1. gloss. 5. à num. 85. Gabriel conf. 15. 1. num. 9. de quo est l. 41. tit. 28 part. 3. ubi Gregor. verbo que se des-cuente, in fin. quæ opinio aperte dedu-citur ex text. l. sumptus ff. de rei ven-dicat. ibi: *Neque ab eo qui prædium dona-vit, neque ab domino peti possunt, verum exceptione doli posita per officium judicis æquitatis ratione servantur.**

Cujus rei est ratio: quia sumptuum, & expensarum dominium mero jure cedit domino soli, argum. §. si quis ex aliena instit. de rerum divis. l. 2. C. de rei vendicat. & consequenter fructus, prosequitur Barbos. ubi supra à num. 50. nec

nec obstat quod sua industria sibi damno est , contra reg. l. fin. C. de alluvion. gloss. fin. in d. l. cæterum , Roman. singul. 337. & quod melioramenta sunt bona propria meliorantis, & allodialia , ex l. fin. C. de jureemphyt. Valasc. de jur. emphyt. quæst. 2. num. 19. quia verius est cedere solo, & non esse meliorantis , ne in eadem re duo sint domini, impli- cat enim fundum esse alienum, & partem ipsius esse alterius domini , dixit Ruy- nus conf. 24. num. 10. lib. 1. Bald. in l. 2. n. 2. de rei vendic.

9 Solum ergo inter hos posses- sores est differentia , quod qui bona fide possidet, non compensat fructus me- liorationum , si ex illis non est factus locupletior , ex Barbos. ubi supra num. 52. & 53. vers. ea igitur ; quod secus in possesso malæ fidei , qui & ipsas me- liorationes amittit , ex l. fin. C. de fun- dis rei privatæ lib. 11. Felin. in cap. cum causa num. 29. de re judic. nec utiles deducit cum læsione rei l. domum C. de rei vendic. quia juris censura videtur eas donare domino §. certe Instit. de re- rum division. quæ tamen distinctio quo- ad possessorem bonæ fidei , apud nos observari non potest, cum lex Regia d. §. 5. non distinguat , an sit factus locu- pletior , vel non, & ideo suspectam ha- beo doctrinam Barbosæ ubi supra d. n. 52. solumque malæ fidei possessor le- vabitur circa fructus quærendos ex melioramentis, ut dicit Barbosa ubi su- pra n. 51.

10 Cujus etiam circa hoc non probo doctrinam , ut supra dixi , circa quærendos , nam malæ fidei possessor qualquali titulo à percipiendis excusa- tur, dummodo solvat illos , quos secun- dum communem æstimationem percipere potuisset , sicque observat praxis. Ordin. autem in d. §. 5. procedit ex par- tium conventione, quia sub illa cōditio- ne videtur res addicta, ut plene restitu- tur victori, cui damnsa non potest esse sententia, in ipsius favorem revocata, & hoc cogitare debuit, qui expendit , arg. l. si quis domum §. hic subjungi ff. lo-

cati, ibi: *Hoc evenire posse prospicere de- buit.*

11 Circa tertium quæ expensæ deducendæ sint, dubitabatur in proces- su , quia Reus servos aluit, & domos re- fecit , & gratia colligendorum fructuū aliqua expenderat.

Et in hoc articulo notissimi juris est, quod fructus non dicuntur tales ni- si deductis expensis, l. fructus ff. sol. ma- trim. l. 1. C. de fructibus, & litium, Tiraq. de retract. tit. 1. §. 15. gloss. 1. à princip. Bernard. in add. ad reg. 302. Dueñ. reg. 317. Garcia de expensis cap. 1. à num. 11. Barbos. in d. §. fin. num. 58. in fine, Alciat. in l. impensæ 78. num. 3. ff. de verbor. signif. Boer. decis. 44. num. 7. Aymon conf. 919. num. 7. Pinel. in l. 2. 2. part. cap. 3. num. 1. Valasc. de jure em- phyt. d. quæst. 25. num. 4. & conf. 83. n. 19. cuius rei ratio deducitur ex l. ei qui 57. §. fin. ff. petit. hæred. quia si non expenderet, ei imputaretur, cum ergo ex necessitate faciat, debet illi exolvi, Bar- bos. ubi supra num. 59. facit l. fundus 52. vers. quia ff. famil. hercisc. Cujat. lib. 10. observat. cap. 1. nec in fructibus ob- servatur illud quod in reliquis impen- sis, ut malæ fidei possessor amittat vo- luptarias impensas, gloss. ultim. in d. l. in fundo, Valasc. d. num. 4. abradat utiles, l. domum C. de rei vendic. sine læsione rei necessarias deducat, Covar. in reg. peccatum 2. part. §. 6. num. 3. l. 44. tit. 28 part. 3. Sarmiento 1. selectarum cap. 10. num. 7. nam circa fructus colligendos omnes impensas deducit, Covar. d. cap. 6. §. 8. num. 6. in quo continentur etiam operæ, & stipendum laboris , Bald. & alij in l. si quis sciens C. de rei vendic. nec obstat l. si servus 27. §. si olivam ff. ad l. Aquil. ubi colligens fructus alie- nos donat impensas : quod procedit , quia consumptæ in re aliena, cuius ipse non erat possessor , sic explicat Tiraq. ubi supra num. 21. Sarmiento d. cap. 10. à num. 12. Garcia d. cap. 1. num. 3. sic pariter non obstat l. 1. C. infantibus, dū probat furem pro expensis factis in educando, & aleando partu ancillæ alie-

næ non posse servum retinere, quia procedit in fure, qui alimenta non repetit, explicant supra citati, & Menoch. d. remed. 15. n. 515. late Barbosa in d. §. fin. à n. 60.

12 Solvendæ meliorationes quo tempore æstimandæ sint, non omittam: in quo illud observandum duco, quod tribus modis potest quis impendere in re non sua, sed ad alium pertinente. Primo quando quis impendit in re non sua, alienum, & non suum negotium gerens, prout negotiorum gestor mandatarius, vel similes, & hoc casu impensæ æstimandæ, & solvendæ sunt pro illo tempore, quo factæ proponuntur: ratio est, quia cum utiliter factæ sint, & ex mente, & tacito mandato domini, utique impensum dominus solvit, nec attenditur eventus, seu deterioratio, quia hæc omnia dominum sequuntur, l. successori 12. ff. de negot. gestis §. sicut, ibi: *Sicut autem in negotijs viorum gestis sufficit utiliter negotium gestum, ita & in bonis mortuorum, licet diversus exitus sit: sufficit namque utiliter inchoasse l. sed an ultro §. 1. ff. de negot. gest. l. si negotia 11. eod. tit. sicut è converso domini lucro cedit augmentum, quia illud provenit ex re sua, & satisfacit solvendo, quæ impensa sunt, & à patrimonio impendentis absunt, l. 2. l. si quis mandato ff. de negot. gest. ne ei officium damnum sit, l. quæ utiliter §. fin. ff. quemadmod. testam. aper. quam utilitatem non ex opinione gerentis metiendam esse, sed ex communi hominum judicio, juxta rerum, temporum, & personarum qualitatem, convenit l. sed an ultro 11. §. 1. ff. de negot. gest. Vezembechius ad illum titulum in fine. Neque obstat l. si pupilli 6. §. sed et si quis vers. ipse tamē, ff. de negot. gest. dum probat dari actionem in id, quod dominus locupletior factus est; sensus namque est, quod etiam si improbe se gesserit negotiorum gestor, si tamen dominus locupletior factus sit, tenetur dominus id præstare, non tamen præstabat ultra quam re vera impensum est.*

13 Secundus est casus, quando impendit proprium non alienum negotium gerens, veluti in possessore bonæ fidei, qui opinione domini possidebat, cum tamen res possessa esset aliena, tunc ille, qui impendit, solum consequitur impensum, ex quo verus dominus locupletior effectus est tempore traditionis, unde non sufficit impendisse, nisi locupletior dominus fiat, nec sufficit fieri locupletiorem in plusquam impensum est, quia solum tenetur ad impensum quo ipse fruiturus est, quia excessus cedit lucro domini: probat l. in fundo, vers. finge, ibi: *Finge & dominū eadem facturum fuisse, redat impensam, ut fundum recipiat, usque eo dum taxat quo pretiosior factus est, et si plus pretij fundo accessit, solum quod impensum est: eleganter Barbosa in l. divortio §. fin. num. 29. & seqq.* Ratio est: quia eo casu de jure non competit actio nisi ex æquitate, ne alter fiat locupletior cum jactura aliena, ut in l. si in area ff. de condic. indebit. atque ideo requiritur quod utrumque concurrat d.l. in fundo, & sola datur retentio l. Paulus 14. ff. de doli exceptione l. in hoc judicium §. diversum ff. commun. divid. §. certe Institut. de rer. divis. l. sumptus 49. ff. de rei vendic. Tiraq. lib. 2. retract. §. 7. num. 7. Zazius lib. 1. respons. 1. n. 33. Valasc. quest. 25. ex num. 22. & 25. Garcia de impensis cap. 7. ex num. 7. nec hoc casu juvari posse æquitate l. si me & Titium ff. de cert. petat. tenent citati à Gomes l. 46. Tauri num. 2. Negus de pignor. §. part. membr. 4. num. 9. facit d.l. si in area, ibi: *Nullo alio modo, &c. quia subsidiario remedio locus non est, ubi datur ordinarium, l. si eum §. servus ff. si cert. petat. sed contraria æquior, & sequenda opinio, cum res mea ad te perveniat sine animo donandi, & retineas sine iusta causa, facit l. si pupilli §. et si quis ff. negotijs gestis, vers. tamen, d. l. in hoc judicium, vers. quæ cum ita, l. si quis mancipijs 17. §. fin. ff. institutoria actione l. domum ad fin. C. de rei vendic. Cujat. lib. 10. observat. cap. 1. Bald. in d. §. certe*

certe, Garcia d. cap. 7. n. 2. Valasc. qui de praxi testatur ubi supra n. 25.

14 Tertius est casus, quando quis impendit in re restitutioni subiecta, quo casu interim proprium post tempus alienum negotium gerit, explicat Barbosa in d. §. fin. num. 92. quo casu regulariter attenditur restitutionis tempus, ut qui plus accepit, quam suum est, negotiorum gestorum actione solvat, l. ii absente ff. de usufructu, l. qui exceptionem 40. §. si pars ff. de condicione indebit. Paulus conf. 270. lib. 2. Roland. conf. 30. lib. 1. num. 4. Barbos. d. n. 62. & seqq.

15 In ultimo tandem contra violentos possessores, vel fures juramentum in item dari statuit, l. si quando C. unde vi, Menoch. de arbitrar. cas.

208. lib. 2. num. 4. Matienço lib. 5. novæ Recopilat. tit. 11. l. 1. gloss. 2. num. 19. Mascard. lib. 2. conclus. 832. Duaren. in l. in actionibus num. 50. ff. de in item jurand. prosequitur Ordin. lib. 3. tit. 52. §. 5. & tit. 86. §. 16. & in nostro casu non dandum censui, quia Reus titulo possebat, licet nullo, & irrito.

Ex quibus censuit Senatus, quod plenaria fieret Aetrici restitutio fructuum, & reddituum domus compensatis expensis in colligendis fructibus, & reparandis domibus exhaustis, nec Reum ad fructus, qui percipi potuerunt, obligavit, secutus proxim, & in his juramentum Aetrici non detulit, sed ex probationibus processus rem disremit.

SUMMARIA.



Radus computantur in maioratus successione secundum jus civile.

Fratres de jure civili sunt in secundo gradu, de jure vero Canonico in primo.

2 *Mater non ex eo quod talis, est proximior filio.*

Inter illegitimos fratres non consideratur conjunctio ex utroque latere. ibi.

Masculus ex secunda linea preferatur feminæ seniori ex tertia. ibi.

3 *In maioratu instituto in testamento succeditur, ac in successione ab intestato.*

Sed contrarium verius. ibi.

4 *Ius renovationis transit ad matrem.*

5 *Mater admitti potest; quando in*

maioratu vocatur ascendens ante transversales.

Ascendentes quando censeantur positi in dispositione. ibi.

In maioratibus positi in conditione, censemur positi in dispositione. ibi.

Requiritur, ut positi sint in conditione successionis. ibi.

6 *Vocatis aſcendentibus intelligitur dispositio de aſcendentibus, qui alias proximiores sunt ultimo posſessori.*

7 *Ultima clausula derogat prioribus.*

8 *Maioratus potest institui per contractum in testamento.*

In Regno Castellæ maioratus per contractum factus revocari potest, secus in hoc Regno. ibi.

9 *Maioratus fieri non potest de legiti-*

DECISIO XXXVIII.

- ma filiorum.
 10 Consensu filij fit annexio legitima
 maioratui.
 11 Filius in vita patris nullū jus ha-
 bet in ejus bonis.
 12 Filius succedendo, & tacendo pro-
 bat vinculum legitime.

- 13 Approbatio tacit a sufficit.
 14 Interpretatio legis si quando s. il-
 lud ff. in offic. testam.
 Pactum si fiat in ipso actu testan-
 di, valet secundum communem.
 15 Possessor maioratus dilapidans,
 vel alienans solvit successoribus.

DECISIO XLVIII.

An ad maioratus successionem mater ultimi possessoris preferatur, quando maioratus specialiter vocat ascendentes: & an legitima filij possit maioratui annexi, & quid juris sit, si filius patri præmoriatur? Ad Ord. lib. 4. tit. 100.

S. 2. & tit. 47. S. fin.



Gebat D. Philippa de Meneses contra Rodericu[m] de Moura super successione trium maioratum, alter institutus fuerat a Petro de Moura anno 1485. Secundus ab Alvaro Gonçalvez de Moura ejus filio anno 1509. Ultimus ab altero Alvaro Gonçalvez de Moura cum uxore D. Catharina de Lima de consensu filij Antonij de Moura anno 1571. submittendo vinculo maioratus legitimas filij, & tertias utriusque parentis ex regia facultate. Cumque postea contigisset, filium in vita parentum decesse, cum uxorem duxisset dictam D. Philippam de Meneses, successit ejus filius Alvarus Gonçalves de Moura post mortem avi, & supradictorum maioratum possessionem occupavit, qui postea sine filiis deceserit: contendebat dicta D. Philippa cum dicto Roderico super successione maioratum, quæ remotior erat uno gradu ex genere, & trunco dos Mouras, se tamen dicebat præferendam eo quod erat ultimi possessoris mater ex eadem familia, & institutoribus descendens, licet uno gradu remotior, ponde- rans in sui favorem Ordinationem lib. 4. tit. 100. S. 2. de cuius intellectu egi-

mus supra decis. 5. Quod sine dubio esse admittendum asserebat in successione ultimi maioratus, in quo specialiter in defectum descendantium, vocabantur ascendentes. Ultimo addens, quod quando esset excludenda à maioratum successione, non posset excludi à legitimis filij maioratui viuculatis de ejus consensu, & Regia facultate cum illa dispositio fuerit effecta caduca, eo quod ipse ante parentes dececessisset, quo casu ipsa tanquam ejus hæres debebat admitti ad legitimarum successionem; qua hypothesi supposita, quatuor in proposito discutienda proponebantur: primo an mater ultimi possessoris sit præferenda proximiori agnato: secundo an saltem in ultimo maioratu mater deberet admitti, cum ex clausulis ipsius admittantur ascendentes: tertium, an saltem matri tanquam filij hæredi sit relinquenda legitima à communi parente vinculata, eo quod ipse ante parentes dececerit filio relicto: quartum, an dicta D. Philippa ad damnificaciones datas in maioratu ab Alvaro Gonçalvez de Moura teneretur, quia bona hæreditaria ex persona filij ad ipsam deve- nerunt tanquam ipsius hæredem, qui parentis hæres extitit.

I. Et quoad primum latius diximus

D E C I S I O

XXXVIII.

215

mus de materia d. decis. 5. & supposito quod non inficiabatur, quod mater erat uno gradu remotior computatis gradibus secundum jus civile, ex quo quælibet persona diversum constituit gradum, quia licet de jure Canonico fratres sint in primo gradu, de jure Civili manent in secundo l. 1. à princ. ff. de gradib. §. secundo gradu Instit. eod. tit. l. 3. tit. 6. part. 4. Mieres de maioratu 2. part. quæst. 7. num. 1. Matienço l. 7. tit. 11. gloss. 5. num. 7. lib. 5. novæ Recopil. erat enim Antonius de Moura pater Rei in 6. consanguinitatis cum ultimo possessore, Actrix vero in septimo.

2 Hoc supposito videbatur frustra pertendere Actricem se probare proximiorem, & præferendam, eo quod mater ultimi possessoris, cum maternitatis qualitas sit impertinens cap. 1. §. his vero post principium de successione fratrum, ubi frater utrinque conjunctus, fratri conjuncto ex parte patris non præfertur, explicat Ripa in l. si ventris §. in bonis num. 5. ff. de privil. creditor. Decius conf. 444. num. 5. Tiraquel. cessante caus. limit. 22. num. 17. & de retract. tit. 1. §. 14. gloss. 2. num. 10. ex celebri doctrina Bald. in l. 1. C. de legit. hæred. num. 1. & 2. Gama decis. 218. num. 4. ubi Flores num. 259. Surdus conf. 120. num. 13. sicut alias exponitur in enuntiationibus modalibus, qui se vellet probare de Regia stirpe, non bene argueret: Petrus eit de Regia stirpe, ego sum consanguineus Petri, ergo de Regia stirpe; quia possum attingere Petrum de parte matris: vel, Petrus est bonus, & literatus, ergo est bonus literatus; possunt enim hæc non conjungi diversis respectibus. Et ultra ea quæ in d. decis. 5. ponderabam, facit optimum simile de successione illegitimorum, inter quos conjunctio paterna non consideratur, quia in fratribus illegitimis non consideratur conjunctio ex utroque latere, unde si quis habuerit fratrem illegitimum ex eadem matre natum, & alterum ex eadem matre, & eodem patre, uterque insimul ad ejus successio-

nem admittetur. Ratio est, quia licet in fratribus legitimis consideretur conjunctio ex utroque latere, Auth. itaque C. commun. de succession. circa illegitimos nihil operatur paterna conjunctio, nam illegitimi ex paterno latere non habent inter se jus succedendi, l. si spurius ff. unde agnati, ita ut nati ex eodem patre, & diversis concubinis inter se non succedant, gloss. in l. hac parte ff. unde cognati recepta ex Baptista in l. si qua illustris num. 66. & 74. C. ad Offician. gloss. l. 9. Taur. num. 47. Ordin. in 4. tit. 93. ibi: *De sua māy.*

Cum ergo consideretur tantum cognatio ex parte matris, non attenditur ex parte patris, nec illud duplex vinculum juxta doctrinam Bald. in l. 1. C. de legit. hæred. & in l. cum proponat 2. C. de pact. num. 2. Crotus in l. filius §. divi num. 5. & 161. ff. de legat. 1. Unde consuluit Curtius Iunior conf. 78. quod si emphyteusis concedatur pro se, & descendantibus masculis, non est præferendus, qui per lineam maternam cōjunctus est, ita dixit Barbosa in l. ex facto §. si quis ff. ad Trebell. quamvis contradicat Gregor. in l. ultim. §. vulgo quæsito num. 15. Instit. de succession. cognator. Gomes d.l. 9. num. 50. quorum sententia confunditur ex doctrina Bald. in d.l. 1.

Unde fit, quod cum Reus sit masculus, & sit in secunda linea, & D. Philippa in tertia, ut est in confessio inter partes, finita linea primogeniti secunda linea admittenda sit, ut in cap. 1. §. fin. de natura success. feud. Paulus cōf. 164. num. 4. lib. 2. quia filij ad instar successorij editi admittuntur, Molin. lib. 3. cap. 6. num. 30. Guillerm. de Mōferr. in tract. de succession. Regum Franciæ super 1. dub. num. 8. volum. 13 tractatum diversor. & num. 34. vers. in ratione, Paris. conf. 72. num. 113. volum. 4. Gutierrez. lib. 2. Canonic. cap. 14. n. 51. quia deficiente primogenito secundogenitus primogeniti jus nancicitur, gloss. in cap. licet de voto, verba privandum, ubi Abb. notab. 3. Gutierrez.

ubj

ubi supra num. 56. & lib. 3. pract. quæst. 67. n. 21. & 22. & conf. 13. n. 21.

3 Nec pro D. Philippa facit, quod tanquam ascendens potest admitti ad successionem primi maioratus, quia constabat ipsum institutum fuisse in ultima voluntate: quo casu servandus est ordo successionis ac in fideicommissis, Molin. de primogen. lib. 1. cap. 1. num. 9. Valasc. 2. tom. conf. 122. num. 1. & 16. & 184. num. 17. quorum fideicommissorum successio de jure est eadem ac successionis abintestato, quæ ad ascendentibus transit, l. ultim. C. de verbis. signif. I. cum ita §. in fideicommisso ff. de legatis 2. Molin. lib. 1. cap. 5. num. 26. & cap. 7. num. 20. Crassus §. fideicommissum quæst. 11. num. 5. Valasc. quæst. 50. num. 35. Decian. respons. 110. num. 10. lib. 3. & mater defientibus descendantibus admittitur, §. primo gradu Instit. de gradib. Auth. de hæred. abintestato §. 1. Auth. defuncto C. ad Tertul. ibi: *Parentes salva gradus prærogativa*: Ordin. lib. 4. tit. 21. Satisfit nāque quod falsum est maioratus deferri titulo hæreditario, etiamsi fiant in testamento, quia deferuntur jure sanguinis saltem postquam primus in eis succedit, tam attento jure, quam generali consuetudine, Molin. lib. 1. cap. 8. per tot. & præcipue num. 2. & 10. probant Gregor. Pinel. & alij citati à Molin. Theolog. 3. tom. disputat. 617. num. 2. fol. 316.

4 Nec tandem facit pro dicta D. Philippa, quod jus renovationis transit ad matrem in emphyteusi, etiamsi non sit de sanguine, Valasc. conf. 101. num. 1. & 123. num. 6. Caldas Pereira de nomin. quæst. 9. num. 16. quia respondeatur, quod in hoc jus renovandi est hæreditarium, idem D. Caldas de renovat. quæst. 9. num. 24. Gama decis. 326. Unde si mater sit hæres, nihil mirum si admittatur; in maioratibus vero iure sanguinis succeditur, Molin. de primogen. lib. 1. cap. 8. deinde etiamsi hoc admittatur in emphyteusi hæreditaria in ea, quæ relicta est familiae, non alij suc-

XXXXVIII.

dunt, quam illi, qui sunt de familia, & sanguine, Gama d. decis. 326. num. 7. D. Caldas d. quæst. 9. num. 13. & 18. in fine, Molin. lib. 1. cap. 24. n. 41. Valasc. d. conf. 101. n. 1. in fine.

8 Secunda quæstio est, an saltem in dicto tertio maioratu mater admittenda sit, in quo reperiuntur invitati ascendentibus, ibi: *E* sendo caso que delle Alvaro Gonçalvez, ou de seu neto nāo fi- quem descendentes, ou ascendentibus, que suc- cedo no dito morgado, venha a parentes transversaes: quibus verbis non est du- bium testatorem successionem eorum bonorum ad similitudinem successio- nis abintestato ordinasse, vocando des- cendentibus, & præferendo transversali- bus ascendentibus, quæ verba sunt dis- positiva ex reg. l. jam hoc jure ff. de vul- gari, cum traditis per Molin. lib. 1. cap. 6. num. 3. quia non possunt eadem ver- ba esse dispositiva respectu descenden- tium, & conditionalia non dispositiva respectu ascendentium, ex his quæ Co- var. in cap. Raynutius §. 3. Costa in cap. si pater, verbo si absque liberis n. 54. Gabriel lib. 4. commun. tit. de fidei- commiss. conclus. 4. Peregrin. art. 28. à princip. Mantica de conjectur. lib. 11. tit. 2. n. 1.

Sed his non obstantibus verius vi- detur, quod in hac clausula ascendentibus non sunt positi in dispositione, sed in conditione; unde succedit regula, quod positi in conditione non censeantur vocati, l. Lucius 2. ff. de hæred. institu- endis, Molin. lib. 1. cap. 6. num. 1. Man- tica lib. 8. tit. 1. num. 24. Prætis lib. 3. so- lut. 2. num. 3. quod ita accipi debet, ne sequatur illud absurdum, quod mater quæ non est de familia, possit succe- dere.

6 Et quamvis aliquibus videri po- terit hæc responsio non satis tuta, quia in maioratibus limitari solet supradi- cta regula, ut positi in conditione cen- seantur in dispositione vocati: ut per supracitatos, & ultra eos Salzed. in ad- dit. ad Bernard. reg. 736. Zevallos quæst. 94. & quæst. 177. Castillo quotidian. lib. 3.

lib.2. cap.2. & in specie Molin. lib. 1. cap.6. num.2. quia maioratus , & fidei-commissa relinquuntur pro conserva-tione familiæ, quod æqualiter influit in descendentes , ac transversales , Molin. d.cap.6.num.3.

Illud tamen notandum est , quod ut positi in conditione censeantur positi in dispositione , saltem requiritur , ut reperiantur positi in conditione succe-sionis Prætoris ubi supra solut. 3. n. 2. Et si notamus, in hac institutione nihil disponebat circa successionem testa-tor, quando vocavit ascendentes , quia jam supra disposuerat , sed solum age-bat de fructibus, quos limitabat , quan-do devenisset ad transversales , & tunc loquitur de ascendentibus. Et hoc modo per subauditum intellectum admit-terentur ascendentes, quos non vocavit , ubi disposuit , nisi ubi incidenter agit arg. l. ex his C. de testam. milit. D.Cal-das de nominat. quæst. 1. num. 41. & succedit regula l. cum tale §. fin. ff. de condit. & demonstrat. ibi : *Quia non ani-mo legandi, sed minuendi, &c.* Qui sensus accipiendus est , quando hic sensus ex finalibus verbis, clericus, repugnat his, quæ in principio disposuerat , cum repugnantia in eadem dispositione præ-sumi non possit.

Insuper satisfit , quod esto agnosca-mus ascendentes esse in dispositione positos, & vocatos , non ideo Actrix vo-cata debet censeri , quod mater sit ulti-mi possessoris, quia debet intelligi de ascendentí, quando casus occurrat , in quo ascendens sit proximior , & de san-guine ultimi possessoris. Veluti si po-namus duxisse uxorem filiam fratris sui, quo mortuo relicto filio, postea filius ipse occubuit, non ne mater ipsius reli-quos collaterales excludit ? Nemo ne-gabit, quia eo casu ascendens respectu primi, cui succeditur, descendit , quia si-cut mater non acquirit qualitatem , ut præcedat, non amittit qualitatem , quam habet, ut ab alijs præcedatur. Quod au-tem hic fuerit sensus horum verborum, patet ex verbis sequentibus , ubi taxa-

tive nominat, *Ascendentes*, que succedaō no dito morgado: quod relativum positū sine copula restringit genus præcedens , l.ea tamen adjectio ff. de legat. 3. Bart.in l. omnes populi ff. de just. & jvr. Alpha-nus Collect. 56. ut intelligatur de ascen-dente aliàs proximiore.

7 Deinde hic sensus , qui in se ve-rus est , colligitur ex quadam ultima dispositione celebrata ab ipso testato-re , in qua disposuit, quod non succede-ret , nisi ille , qui ex suo sanguine des-cenderet per lineam rectam , quæ clau-sula cum ultima sit , præcedentibus de-rogat l. si quis in principio ff. de legat. 3. l. pacta novissima C. de pact. & cum fuerit apposita ex intervallo , præsumi-tur animo revocandi , qui sensus am-plectendus est , quia per illum accedi-tur juri communi, & ad primas voca-tiones, cap. ab exordio 32. distinc. l. si unus §. pactus ff. de pact.

8 Verum hoc fundamentum non credebam solidum , quia constabat maioratum fuisse institutum per con-tractum in testamento celebratum , prout fieri potest , ex l. hæredes pa-lam §. ultim. ff. de testament. Tira-quell. de jure mariti gloss. 5. num. 101. Unde quamvis testamentum revo-ceatur , valet contractus, Tiraquell. ubi supra numer. 102. Dominus Caldas 3. part. cap. 8. numer. 2. & quod celebratus fuisset contractus , constat , quia filius consensit , & ejus uxor: ex quibus elicitur contractum fuisse ce-lebratum , sicque testatorem sæpius appellasse , & secutam fuisse accepta-tionem primi votati , cui traditio suo nomine , & sequentium facta censemur per ipsam investitaram , quia maiora-tus regulantur per l. quoties C. de do-nat. quæ sub modo, Oldrad. conf. 224. numer. 28. in fine , Costa de maiorat. 1. part. num. 6. Valasc. quæst. 50. col. pen. & perfecta donatio non revo-catur l. perfecta donatio C. illo tit. Roman. conf. 171. numer. 7. Tiraquell. in l. si unquam , verbo libertis num. 19. Mieres de maiorat. 1. part. quæst.

22.num.7. Molin.lib.1. cap. 4. num. 37. facit Ordin. lib.4. tit. 55. Covar. lib. 1. resolut.cap.14. ex num. 11. Clarus §. donatione quæst. 13. Molin. lib. 4.. de primogen. cap.2.num. 68. Gomes l. 40. Taur. num.34. Avend.in l. 44. gloss. 12. vers. Ex quo, Soares in l. quoniam quæst. 8. & allegat.cap.9.num.4. vers. ultim. Mieres de maiorat. quæst. 36. qui contra-
ctus celebratus ratione oneris impositi annexandi partem bonorum , l. ex placi-
to ubi Bart. Bald. & Salycket. C. de
terum permitt. quamvis enim in Regno
Castellæ primus institutor , etiamsi per
contractum maioratum instituat , re-
vocare possit, quod vivit , l.4. tit.7. lib.
5. novæ Recopil. (in hoc Regno non
habemus legem similem) de quo Cla-
rus §. donatio quæst. 4. num. 4. Salon.
quæst. 10. Xuares in d.l. quoniam quæst.
8.num.2. Covar.d.cap.14.num. 13. Aze-
ved.in l.11.tit.6,n.19. lib. 8. Matienço l.
7. fit.10 gloss.5. Valasc. conf. 122. num.
2.& conf. 130. num. 17. Atque ex his
priori solutioni adhærendum est , quæ
vera, & dispositionem ad jus commu-
ne reducit.

Tertia quæstio est : An in legitima
dicti Antonij de Moura , eo quod ipse
in maioratu non successerit , sed ejus
filius , debeat censeri dispositionem ca-
ducasse, seu irritam effici , ita ut ejus fi-
lius titulo hæreditario dictam legitimam
acceperit,& per consequens eam ad ma-
trem,& hæredem transmiserit ?

9 Et videtur, quod talis consensus
Antonij præstigi dum esset in potestate
parentis, cuius adhuc esset minor , est
nullius effectus , ut filio abesse possit in
sua legitima,& per consequens ejus ma-
tri ratione legitimæ successionis ex re-
gula cap. quamvis pactum de pæt. lib.
6. Et his quæ Covar. in cap. Raynald.
§.2.num.4. Ubi habet , quod filius non
potest consentire gravamini in sua le-
gitima, & quod revocabitur ab ejus fi-
lijs titulo inofficiose donationis, vel ex
ratione, l.si unquam C. de revocand. do-
nation. siquidem inofficiose renuncia-
tio, aut remissio revocatur , tanquam

inofficiose donatio : & tandem subdit,
quod quamvis hic consensus respiciat
jus quærendum , quod non est conside-
ratione dignum , tamen attenta Docto-
rum dubitatione , an filius possit gra-
vamini in sua legitima consentire præ-
dicto modo, temperabitur , ut in præju-
dicium liberorum non valeat , & inquit
idem esse in consensu adhibito ad ex-
hæredationem, qui matri etiam non no-
cet, quia est tercia persona, cui talis re-
nuntiatio etiam jurata non potest no-
cere,d.cap.quamvis,ibi: Nec redundet in
alterius detrimentum.

Quibus accedit minor ætas ultimi
possessoris , & læsio , quæ intercessit,
cujus respectu transit ad matrem tan-
quam hæredem beneficium restitutio-
nis , l. non solum ff. de in integrum re-
stitut. quæ læsio comprobatur ex valore
legitimæ , quæ excedebat tertias paren-
tum: nec huic restitutioni potest obesse,
si ultimus possessor filius aliquem fe-
cit actum approbatorium vinculi , quia
hoc non obest matri respectu juris quæ-
ficii ipsi filio respectu legitimæ matri
debitæ , cum in effectu sit donatio inof-
ficiosa.

10 Sed verius est consensum filij
etiam non juratum valere , ut legitimæ
fiat annexio maioratui , cum filij fiat
melior conditio recipiendo parentum
tertias, ex gloss.fin. in l. si quando C. de
inoffic. testam. qui & se præteriri con-
sentire potest, l.non putavit §. si quis sua
manu ff.de benor. poss. contra tabul. &
est communis opinio, ut per Gutier.
in d. cap. quamvis pactum in princip.
num. 27. & lib. 3. practicar. quæst. 75.
num. 2. Molin. Theolog. disp. 579.num.
37. alter Molin. de primogen.lib. 2 cap.
3.num.7.& num. 43. Ubi habet , quod
etiamsi juramentum non intercedat , ni-
hilominus valet , quia maioratus de re-
bus alienis consentire vero domino fie-
ri potest, Avendan.in l. 17. Taur. glos.
4.num. 1. & quod noceat talis consen-
sus filij , & nepotibus Xuares , & alij
quos citat Gutier.in d. princip.n. 32.. &
40.& lib. 3. practic. quæst. 84.num. 11.

Unde

Unde pro contraria parte sententia Covarr. est singularis: & licet aliqui teneant non obstante consensu filij gravamen removendum, contraria est communis, & per eam tenemur judicare in hoc Regno ex Ordin. lib. 3. tit. 64.

11 Cujus communis sententiæ ratio ea videtur esse, quia filius in vita patris nullum jus habet in ejus bonis, etiam quoad legitimam, nec etiam in spe considerabile, Gutierr. lib. 3. pract. quæst. 85. num. 28. & quæst. 41. num. 22. & sic potest huic juri querendo renuntiari, ut noceat filijs, Gutierr. in d. princip. num. 29. & quod hoc casu non habeat locum d. l. si unquam, Ripa quæst. 11. num. 20. & 21. Tiraq. verbo donatione num. 180. videndus Xuares in l. quoniam ampliat. 10. ex num. 31. Gomes l. 22. Tauri num. 5. Padilla in l. cum donationis num. 4. ad fin. C. de transaction. Covarr. in d. cap. Raynaldus §. 2. num. 2. Molin. de just. disp. 579. num. 37.

12 Nec supradictis obstat consideratio minoris ætatis ultimi possessoris, & læsionis ex prædicto consensu patris: quia respondeatur, quod pater potuit filio præjudicare, & ultra quod nunquam contradixit, imò succedendo, & tacendo approbavit, nulla læsio considerari potest, nisi ex effectu, & casu, qui non consideratur, arg. l. successor i. ff. de negot. gest. ibi: *Ibi diversus existit, &c.* quia scilicet contigerit, quod moreretur non relictis filijs, & læsio non metitur ab eventu, sed à re ipsa, Ordin. lib. 4. tit. 13. in princip. l. si voluntate C. de rescind. vendit. Ultra quod dictus maioratus fuit confirmatus à Principe ex certa scientia, & forma speciali, quæ validat actum cap. 1. ubi Scribentes, & cap. veniens de transaction. l. adoptio ff. de adoption. Molin. lib. 2. cap. 7. num. 6. & 8. & sufficit, quod confirmatio subsequatur mortem institutoris, ex Gregor. in l. 31. verbo no valdrà, tit. 9. part. 6. tres casus distinguit Molin. disp. 598. Hæc tamen confirmatio facta fuit in vita institutoris, & licet ejus

uxor jam tunc mortua esset, ut videatur filio jam delatam matris hæreditatem, ac legitimam, & ideo confirmationem illi præjudicare non posse, ut per Molin. ubi supra num. 19. vers. Hoc fallit, quando unicue est filius, in cuius persona maioratus institutus est, quia tunc ad instantiam hujus filij unici maioratus confirmari potest, Molin. ubi supra num. 34. maxime quia nec talis confirmatione erat necessaria.

13 Unde sufficit ultimi possessoris approbatio saltem tacita, dum possedit hæc bona sub hoc vinculo, dum vixit; nam ubi consensus requiritur ad validitatem actus, probatur intercessisse spatio longi temporis. Doctores in cap. pervenit de emptione, Mascard. conclus. 417. num. 2. Quod maxime procedit in hoc casu, in quo nullum filij præjudicium considerari poterat, cum tertias parentum acciperet, Padilla in l. cum donationis num. 4. C. de transaction. D. Caldas 3. part. cap. 16. num. 29. Peregrin. lib. 1. conf. 40. num. 9. Roland. conf. 62. num. 11. lib. 3.

14 Nec obstat, quod non obstante approbatione tacita, quinimò nec expressa, poterat filius contra consensum insurgere, ex reg. l. si quando §. il. l. C. de inoffic. testam. quia omissis alijs intellectibus, quos citat Soares d. loco, optima est sententia, quam sequitur num. 37. Quod hoc procedit, quando pactum, vel approbatio facta fuit ante, vel post testamentum, quia tunc continet pactum de futura successione negativum, quod non valet l. pactum C. de collation. at vero doctrina gloss. & communis procedit in ipso actu testandi, in quo si intercedit consensus filij, valet, quia habet vim cujusdam remuneracionis de præsenti, Barbosa in privat. schol. ad l. nemo potest ff. de legat. 1.

Nec de læsione allegata curandum erat, quia hæc competebat ex persona defuncti l. 2. §. sciendum ff. de minor, constabat autem defunctum non fuisse læsum, imò utiliter consensisse, si viviceret.

15 Circa ultimam quæstionem non est dubium teneri possessorem maioratus, ejusque heredes deteriorationes consulto factas rependere, prout in praesenti casu, in quo constabat possessorem sylvam cædisse, ut ligna venderet, quæ non erat cædua, & succedit reg. l. Imperator ff. ad Trebell. qui text. procedit in dolosa dilapidatione, ut intelligit Molin.lib. i. cap. 16. n. 12. qui do-

XXXXVIII.

lus non ex sola machinatione, sed ex re ipsa colligitur, ut in eo, qui cædit sylvam non cæduam, ex Bart. in d. l. Imperator n. 1. & alijs quos citat ibi Molin.

Ex quibus sententiam Praesidis confirmandam duximus, & antequam sententia scriberetur, partes composuerunt inter se, & D. Philippa maioratus omnes dimisit in favorem dicti Roderici; fuit Scriba Francisco de Gouvea.

SUMMARI A.

- 1  Os data filiæ non renovatur matrimonio constante.
Ab habente rem titulo onerofo non avocatur, nisi probetur fraudem participasse.
Ex donatione omnium bonorum quando fraus presumatur. ibi.
- 2 Præsumptiones sufficiunt, ut fraud dicatur intercessisse.
- 3 Faviana, & Pauliana ad quid in- troducta.

- 4 **Gesta in fraudem creditorum va- lent.** ibi.
- 5 **Fraus requiritur, ut sit re, & con- silio.**
- 6 **Differentia inter fraudem titulo lucrativo, vel onerofo.**
- 7 **Quæ sint fraudis præsumptiones.**
Qui debet, & donat omnia bona, dicitur fraudare. ibi.
- 8 **Idem in venditione maioris partis bonorum.** ibi.
- 9 **Explicata l. omnes S. Lucius ff. que in fraud.**

DECISIO XXXIX.

An donatio omnium bonorum facta ex titulo onerofo dotis censeatur facta in fraudem creditorum? Ad Ordin.lib. 4. tit. 48.

- 1  Um diversis credito- ribus teneretur quedā mulier, amplissimā do- nationē omniū suorū bonorum in generum suū dotis titulo fecit: creditor, qui Benedictus Domingues dicebatur, generum, & donatarium Simo- nem Barreto convenit, ut ex bonis donatricis sibi solveret. Cumque Reus in prima instantia esset condemnatus, cau- sa delata fuit ad Senatum, & controver- tebatur: An dos subjecta esset credito- ribus dotantis, & videbatur dotem da-

tam filiæ, & genero etiam in fraudem creditorum non revocari Matrimonio constante, ex l. fin. §. si à socero ff. quæ in fraudem creditor. ibi: *In maritum au- tem, qui ignoraverit non dandam actio- nem, non magis, quam in creatorem, qui à fraudatore, quod ei deberetur, accepit, cum is indotatam uxorem ducturus non fuerit:* Valasc. conf. 188. numer. 8. quia cum gener dotem ex titulo onerofo accipiat, succedit regula; quod ab ha- bente rem titulo onerofo, non po- test fieri avocatio, nisi constet dona- tarium fraudem participasse, l. qui au- tem

tem §. hoc edictum, & §. simili modo ff. quæ in fraud. creditor. Barbos. 4. part. l. 1. num. 79. & 1. part. l. 2. num. 172. Adeo ut licet omnia bona sua in dotem dederit, & videatur habere locum regula, l. omnes §. Lucius ff. quæ in fraud. Ubi fraus præsumitur ex donatione omnium bonorum, quod communis etiam ad contractum onerosum extendit, ut per Ias. in §. si quis in fraudem Instit. de action. num. 34. Conan. lib. 5. comment. cap. fin. num. 3. Adeo ut ex utraque parte fraus præsumatur: tamen Iason ibi num. 35. requirit, ut venditio fiat cum modicitate pretij, ut fraus detur, atque ex his sententia revocanda videbatur.

3 In contrariam opinionem trahit, quod ut fraus intercessisse dicatur, sufficiunt ipsius præsumptiones ex notatis in cap. 2. de renuntiat. l. 6. Tiraq. de retract. tit. 1. gloss. 4. numer. 5. 8. quæ facilius inter conjunctos præsumitur, l. data C. de donation. Valasc. conf. 154. num. 16. Unde talis donatio omnium bonorum, invalida censeri debet ex reg. d. §. Lucius. Deinde quia dotans non tenetur ultra quam facere potest, §. sed & si quis Instit. de action. l. hæreditatem §. ultim. ff. de rejudic. Unde, cum mater donare non posset ea, quæ debebat creditoribus, in ea parte donatio valere nequit.

4 In favorem hujus ultimæ opinionis considerabam revocatoriam Favianam, & Paulianam, quam sic vocat, l. videamus 2. §. in Faviana ff. de usur. à Prætore institutam fuisse, ut in l. 1. & l. ait prætor ff. quæ in fraud. creditor. ut succurratur creditoribus, adversus à debitoribus gesta in ipsorum fraudem: & differt à fraudatorio interdicto, quia illud non in creditorum fraudem, sed in favorem eorum vergit, velut quia debitor ex aliena pecunia creditori scienti solvit, de quo in l. pupilli 96. ff. de solution. argum. l. si postulante 67. ff. ad Trebell. Ratio hujus interdicti est, quia licet gesta in fraudem legis non valeant, l. non du-

bium C. de legib. tamen gesta in fraudem creditorum valent ex text. in l. si libertus ff. de jur. patron. quibus cum jure civili succursum non esset, quia post dissipatum patrimonium bonis cedere possent, merito Prætor ex æquitate hanc actionem introduxit, Mayn. lib. 2. de action. cap. 8.

5 Fraus autem requiritur re, & consilio per text. in l. ait prætor §. 1. cum seqq. l. si quis cum haberet ff. quæ in fraud. creditor. qualiter autem hæc fraus probari possit, ex text. in l. omnes §. Lucius ff. eod. tit. l. lata C. de donation. l. non solum l. fin. ff. ritu nuptiar. Iason in §. item si quis in fraudem num. 46. Fulgosius in d. §. Lucius, Bart. in l. post contractum ff. de donation. Alciat. in l. si maior C. de transaction. Mayn. lib. 2. action. cap. 8. Stracha tit. de decoctor. 3. part. ex num. 36. Conan. lib. 8. cap. fin. num. 3. ad fin.

6 Unde longe differt, vel fraus contingat in alienationibus ex titulo lucrativo, vel oneroso: primo casu namque sufficit, ut fraus ex altera tantum parte intercedat, veluti donatoris, text. in d. l. qui autem §. simili modo, Mayn. lib. 2. action. cap. 9. Costa in cap. si pater 3. part. verbo privare num. 27. Covar. lib. 2. variar. cap. 16. numer. 5. Conan. lib. 5. cap. 11. numer. 4. Vant. de privil. credit. cap. 11. num. 2. In secundo vero casu requiritur fraus ex utraque parte, d. l. ait prætor cum suis §§.

7 Inter autem vehementissimas fraudulentæ alienationis conjecturas, illa est, quando debitor alienat omnia bona: nam ex eo censetur facere in fraudem, communis ex Ias. in d. §. item si quis num. 34. Instit. de action. Gomes l. 9. Taur. num. 26. Conan. lib. 5. cap. fin. num. 3. Stracha d. 3. part. num. 29. Mayn. d. cap. 8.

Quæ regula tam procedit ex alienationibus ex titulo lucrativo, quam oneroso, gloss. in l. qui testamentum, & in l. patronus ff. de probation. text. in l. omnes §. Lucius ff. quæ in fraudem.

Ubi textus agit de donatione, nec requirit, quod donatarius fraudis fuerit particeps, ut in vers. ideoque: maxime quia in donatione omnium bonorum facta ab eo, qui scit se habere credores, nullo modo fraudis excusatio allegari potest, prout communis opinio sentit, quæ in eo casu fraudem præsumit intercessisse ex utraque parte, Tiraq. de præscript. fol. 9. vers. tu autem, Covarr. in cap. Raynutius §. 11. num. 1. Adeo ut nec probatio ignorantiae excusat recipientem, quem suppositiva legis præsumptio convincit: quod idem ampliatur ad venditionem majoris partis bonorum, ut est communis ex supra citatis argum. gloss. verbo omnis substantia, in l. nomen 33. §. filio ff. de legat. 3. recepta ex Ias. in d. §. item si quis num. 40. Stracha d. num. 29. Affl. decif. 370. num. 13. Quod tamen semper intelligendum est, quando bona non supersint, ex quibus valeat satis fieri creditoribus.

Atque ex his regula d. §. Lucius procedit, tam in donatione, quam in

contractu oneroso, ut patet ibi verbo alienavit, quod omnem contractum comprehendit l. alienationis ff. de verb. signif. prosequitur Baeça de non meliorand. filiab. cap. 32. à princip. & n. 17. Angulo in l. 7. gloss. 2. num. 9. & 10. & pro ea parte est l. 3. tit. 8. lib. 5. Ordinam. & apud nos Ordin. lib. 4. tit. 96.

Et licet hoc esset controversum de jure, apud nos est extra omnem dubitationis aleam; quia ultra quod est opinio Bart. in d. §. Lucius in fin. est gloss. in l. qui post testamentum §. modum ff. de probation. & succedit Ordin. lib. 3. tit. 64. & quamvis Iason. quem primus Senator adducit, num. 35. teneat, quod in venditione requiritur modicitas pretij, in hoc non est communiter receptus.

Ex quibus cum in præsentio proprie natura omnium bonorum donatio, licet ex causa dotis; tamen adhuc ex utraque parte præsumitur fraudem intercessisse, ut durante matrimonio dos revocari valeat, & sententiam Senatus censuit confirmandam: Scriba Garces.

S U M M A R I A.



1 *Ebita ante Matrimonium contracta solvenda sunt ex bonis conjugis debitoris tantum. ibi.*

Ordin. lib. 4. tit. 95. §. 4.

2 *Ordin. lib. 4. tit. 47. explicatur.*

Æs alienum non dicitur esse in bonis. ibi.

3 *Debita, quæ fiunt ratione futuri Matrimonij, licet à parte ante, tamen censura juris dicuntur esse illius Matrimonij.*

Consumptione, & usu uterque conjux fit debitor debiti ante Matrimonium contractum. ibi. ad fin.

4 *Debita ante matrimonium contracta ex parte tatum mariti solvi debent.*

5 *An debita, quæ præcedunt nuptias, solvi debeant de lucratis, & ad hoc debet fieri divisio?*

6 *Ordin. lib. 4. tit. 65. §. 4. ibi. E somente.*

Acquisita durante societate dividendi non debent.

7 *Maritus constante Matrimonio potest acquisita alienare.*

8 *Distinctio est facienda in solutione debitorum ex lucratis inter maritum, & uxorem.*

Maritus, si solvit sua debita ex lucras

lucratis soluto Matrimonio imputabitur in ejus portionem. ibi.

¶ Si petatur executio contra uxo-

rem, in sola dote potest fieri, non in lucratis.

DECISIO L.

An maritus ære alieno gravatus communicet uxori omnia sua bona, quæ possidet, ita ut à communi acervo debeant solvi talia debita? Ad Ordin.

lib. 4. tit. 95. §. 4. & lib. 4. tit. 47.



¶ Oluto Matrimonio Franciscus de Sousa mobilia filiorum æstimata accepit, seq; debitorem uniuscujusque filij in 100. mille nummos in inventario constituit: postea ad secundas nuptias convolavit, & uxori omnia bona sua, atque illa etiam mobilia, quæ emerat, comunicavit juxta Ordin. lib. 4. tit. 47. mortua secunda uxore filij debitum legitimæ sibi assignatae in bonis mobiliis prioris matrimonij petebant: quod tamen ipse pater de communi acervo bonorum secundæ uxoris detrahendum asserebat; quia ipse mobilia sic empta communicaverat cum secunda uxore, ratione quorum debitor extiterat: hæres uxoris instabat illud debitum conflatum ante secundas nuptias fuisse, & manere proprium viri, & ex suis bonis non de communi acervo solvendum, ex Ordin. lib. 4. tit. 95. §. 4. quæ dubium expresse decidit, ibi: *Se ao tempo que casaraõ cada h̄u tinha dívidas, em q̄ devesse aos acredores, não serà obrigado o outro ás ditas dívidas em tempo algum, nem se fará execuçãos nos b̄es, que trouxer em parte, nem em todo, em quanto o matrimonio entre elles durar, &c.* facilit Ordin. lib. 4. tit. 44. §. 10. & 11. & lib. 5. tit. 6. §. 20. Roland. conf. 9. num. 17. lib. 1. Ayora de partit. 1. part. cap. 7. Barbos. in l. si constante à num. 47. & 51. ff. solut. matrim. Valasc. conf. 118. num. 10. Gama decis. 186. & 188. & decis. 367.

& 200. Cabed. decis. 131. idem Valasc. de partition. cap. 23. ex num. 11.

2 Deinde quia Ordin. lib. 4. tit. 47. communicationem inducit omnium bonorum inter conjuges circa bona ipsorum; æs autem alienum non potest dici, & haberi pro bonis mariti, cum imò extra bona sit, ipsaque bona diminuat, patet ex d. Ordin. in §. 1. ibi: *Serão meeiros em sens b̄es, & fazenda: illud enim verbum, sens, denotat proprietatem, & dominium, i. singularia ff. si cert. petat. text. in cap. tua de decimis, verbo suas, ubi Scribentes: licet aliquando secundum materiam subjectam possint usum, vel usumfructum respicere, arg. cap. si tibi absenti de præbend. in 6. ibi: Ut tuum dici valeat, &c.* prosequitur D. Caldas Pereira de empt. cap. 9. à num. 37. Tamen quoad nostrum propositum omnia, quæ mariti sunt, vel in usu, vel usufructu, vel in proprietate, aut possessione consistant, communia efficiuntur, non tamen æs alienum, quod in bonis non est, sive deducitur ex Ordin. d. tit. 95. §. 4. ibi: *Sómente se poderá fazer execução nos bens, que aquelle que era devedor trouxe consigo: explicat late Valasc. de partition. cap. 23. num. 11.* Cabed. decis. 131. & arest. 20. Ayora de partition. 1. part. cap. 7. Barbos. in l. si constante à num. 47. & 51. ff. sol. Matrim. & in l. 1. 3. part. num. 57. idem Valasc. conf. 118. n. 10. Gutierrez. pract. quæst. 128. lib. 2. ad fin. Gama d. decis. 186. & 366. & 188. & decis. 200.

3 Pro marito urgebat, quod cum bona

bona illa emisset, eaque in communicationem deduxisse, illud & alienum contractum censebatur ratione futuri matrimonij, & communicandum quasi commune debitum; nam cum mobilia empta in cōmune deducta fuerint, & utriusque conjugis usu consumpta, communī causa censemur empta: sicut alias uxor, quæ non tenetur ad debita Matrimonio constante conflata ex suis bonis dotalibus, quia dotem deducere potest, solusque maritus tenetur ex lucris communib[us] solvere, vel illis non extantibus de suo, aut quando uxor lucris renuntiat, Pallat. in rubr. §. 66. num. 2. Cassan. rubr. 4. §. 29. vers. quæro an mulier: tamen adhuc eo casu etiam non extante lucro, vel illa renuntiante lucro, si quid expensum sit in alenda familia, vel uxore ratione societatis, utique ipsa pro sua parte etiam ex dotalibus rependet: quod idem obtinet, quando pecunia ante accepta, postea versa sit in utilitatem uxor[is], ex Pallat. ubi supra num. 5. Bart. in l. his solis ff. condic[et]. indebit. sic limitata l. providendum C. de decurion. l. 10. quam adducit ad propositum Romanus singul. 484. prosequitur Gama decis. 366. num. 7. A fortiori ergo, quando in forma Juris Regij contrahitur, occasione enim societatis dicuntur empta mobilia, quæ ad communem illius usum necessaria erant, l. cum duobus §. quidam sagariam ff. pro socio: & ideo damnum communne est, & quicquid ratione societatis impensum est, l. pro socio ff. eod. per ea quæ Bart. in l. socium §. socius eod. tit. Nec obstant, quæ Gama decis. 177. per tot. ubi in hoc eodem casu de sola parte mariti debitum deducendum assertit, ex text. in l. sed neque, & in l. omne ff. pro socio, Valasc. cons. 118. num. 14. Nam si bene perpendantur, loquuntur casu, quo maritus jam ante secundas nuptias bona filiorum consumpsrat: quod fecus est, quando illa eadem bona in societatem adducuntur, quorum consumptione, & usu uterque conjux se debitorem facit, nam si talia bona ex-

tarent, possent vendi, & reddi filijs ipsorum pretium: dum ergo uxor illis utitur, solvendum assumit suam partem, prosequitur eleganter Valasc. cons. 103. num. 35.

4 Verum his non obstantibus Senatorius censuit dictum & alienum ex parte bonorum mariti tantum exsolendum esse ex generali regula Ordin. lib. 4. tit. 95. §. 4. quæ solam partem mariti, & lucra pro sua parte debitis ante matrimonium contractis addicit, ex notatis per Bart. in l. 1. §. si cohæredem ff. ad l. Falcid. Ias. in §. in personam num. 12. de action. Guido decis. 447. Gama d. decis. 366. num. 6. quos citat Valasc. de partition. d. cap. 23. num. 11. Rolandus cons. 91. num. 17. lib. 1. idem Gama d. decis. 177. & Valasc. d. cons. 118. num. 14. Unde cum in præsenti maritus titulo emptionis dominus effectus esset mobilium, non potest dici respectu societatis nondum initæ id fecisse, ut habeat locum regula d. l. pro socio cum similibus: atque ideo illud debitum ex sua tantum parte solvet, & ex lucratis Matrimonio constante: nec obstant quæ Valasc. d. cons. 103. quia supponit solutum ex his bonis Matrimonio constante, quod longe differt à nostro casu.

5 Vidi tamen dubitari à peritissimis Senatoribus: An illa lex Regia, dum de lucratis constante matrimonio agit, debeat intelligi, ut constante Matrimonio fiat lucrorum divisio, ut maritus pro debitis antea contractis, vel è converso uxor solvat creditoribus? Si ad legis Regiae verba attendimus, insinuant, ut quocumque tempore petatur executio, vel soluto Matrimonio, vel constante, debeat haberi ratio dotis, & lucrorum, ita ut si mulier debeat, quando non sufficiat dos ad debita ante Matrimonium contracta, fiat lucrorum seu acquisitorum ratio, ut ex sua parte solvatur creditoribus, ibi: Sómente se poderá fazer execuçā durando o Matrimônio nos bens, que assim aquelle que era devedor trouxe consigo ao tempo que casou, &

na sua ametade, que despois de casados forão acquiridos. Ubi illa verba, Durando o Matrimonio, referuntur ad utrumque, scilicet ad dotem, & acquisita, ut durante Matrimonio capi possint, & in hujus partis favorem videtur inclinasse Barbosa locis supracitatis.

6 Verum ille sensus à mente legis Regiae mihi prorsus videtur alienus, & extraneus, secundum quem Ordinatio Regia solum procedit, & loquitur, ut durante Matrimonio fiat executio in bonis, quæ socius in communitatem adduxerit, nec de acquisitis agit, ut constante matrimonio capi possint, nec de illis sentire potest, quia acquisita, dum matrimonium durat, dividi nequeunt, nisi soluta societate, ut in specie resolvit Soares tit. de las ganancias num. 58. Ioan. Luppus in tract. de lucro dotis l. 14. num. 20. & 21. fol. 318. Unde cum lucrum dari non posse, Matrimonio constante, quia adhuc non apparet, An capitale salvum sit, ut lucrum quale sit, constare possit, quia hoc perfecte non apparet nisi societate soluta; ideo licet capi possit dos pro anteriori debito, non tamen lucrata, nec ad id fieri divisio inter conjuges: nec unquam audivimus ad hunc effectum divisionem unquam factam fuisse in vita: & daretur quidem manifestum absurdum: nam ponamus, quod pro debito uxoris ejus pars lucrorum creditoris data sit, utique in dimidia mariti iterum ipsa beneficio legis communicabit, cuius auctoritate hæc communicatio inducta est, ut per Valasc. de partition. cap. 24. num. 7. contra juris communis regulas ex Cassan. rubr. 4. §. 2. num. 4. Craveta conf. 30. col. 3. Gomes in l. 50. Taur. num. 73. & amissa sua parte, alteram mariti consequeretur, quod quidem impediri non potest, quia nemo impedit legis dispositionem, l. nemo potest ff. de legat. 1. Vel dicendum erit, quod maritus suam dimidietatem lucrorum præcipuam retinere potest immunem ab omni communicatione, quod quidem est in media luce cali-

gare, & contra Ordinationem lib. 4. tit. 47. Et quia mille inde sequentur absurdum, nullo modo illa opinio sustineri potest.

7 Obstat tamen, quod constante Matrimonio maritus solus potest alienare mobilia, Valasc. conf. 303. num. fin. licet illa interdicatur à lege Regia lib. 4. tit. 48. immobilium alienatio sine consensu uxoris probato per publicam scripturam: adeo ut multi censeant, quod marito liceat acquisita donare libere, ut per Gomes l. 51. Taur. num. 73. Tellium in l. 19. à num. 2. Pallat. in Rubr. §. 66. à num. 29. Barbosa 3. part. l. 1. num. 58. Molin. lib. 2. cap. 10. à num. 66. Pelaes 1. part. quæst. 23. num. 10. Poterit ergo similiter in his vel executionem pati, prout videtur sentire Ordin. d. tit. 95. §. 4. vel libenter solvere; quod tamen in uxore non admittitur, quia omnis dos apud maritum, in ejusque possessione est, Cabed. decis. 106. Valasc. de partition. cap. 6. à princip. adeo ut nec magnas eleemosynas faciat, si maritus abeat, Cabed. ubi supra num. 5. & 6.

8 Quare quæstionem componendam censeo adhibita distinctione, quod si executio petatur contra maritum, tunc quia ipse rerum omnium administrationem habet, fieri valeat executio salva proprietate dotis in mobiliibus acquisitis, vel immobilibus, quia hæc in mariti potestate, & dominio sunt pro oneribus matrimonij, l. pro oneribus C. de jure dot. Barbos. in l. si ab hostibus §. fin. num. 63. ad fin. ea tamen declaratione, ut soluto matrimonio imputandum sit in partem mariti illud, quod de parte uxoris solvit, ut in eleemosynis excessivis dicit Azor instit. moral. 2. part. lib. 12. cap. 10. fol. 1270. Sanches de matrim. lib. 6. disp. 36. num. 8. in simili Azeved. l. 9. tit. 9. lib. 5. num. 21.

9 Si autem executio petatur contra uxorem, tunc in sola dote posset fieri executio, non vero in acquisitis, quia dos obligata erat debitum, quæ an-

tecedebant matrimonium: at vero acquisita cedunt marito, qui illorum dominus est, Barbos. 3. part. l. 1. num. 5 8. ab eo que avelli nequeunt, nec appetit durante societate, quæ perpetua est, quo usque soluta sit, an realiter dentur super lucrata, & succedunt quæ Ioannes Lupus, & Soares ubi supra.

10 Nec aliud probat Ordin. d. §. 4. quia si bene advertimus, illa Ordinatio interpretanda est à rubro, sub quo collocata est, ibi: *Como a mulher fica em posse, & cabeça de casal:* In quo supponit agere de uxore mortuo jam marito, & dissoluta societate: & sic disponit, quod matrimonio constante dos capi possit pro debitis, acquisita vero illo jam soluto morte viri: unde illa verba finalia: *E na metade, que depois de casados foram acquiridos:* sic accipi debent, ut intelligantur de futuro cum relatione ad tem-

pus matrimonij constantis, ibi: *Despois de casados forão acquiridos.* Quæ quidem observatio sic obtinuit in quodam processu Petri da Sylva contra D. Adriannam uxorem nobilissimi equitis Petri de Tavares: quam Petrus da Sylva conveniebat pro alimentis, quia ejus erat filius ex primo matrimonio, & procurabat matrem posse sibi alimenta præstare; quia dicto Petro de Tavares nuperat, qui amplissimis redditibus abundabat: ex quibus tanquam ex lucratis matrimonio constante poterat condemnari, ut alimenta filio decerneret: & in gradu revisionis contra agentem pronuntiatum fuit in favorem matris, in qua ipse judex extitit. Atque ex his in præsenti judicavimus maritum solum teneri ad æris alieni solutionem de bonis suis, & lucratis: Scriba Matos.

SUMMARIA:



1 *Ispositio testamenti nulla est, si non perfectitur.*

Defectus voluntatis nocet, etiam in-

ter liberos. ibi.

Vltimo disposita valent, si priori dispositione validæ insunt. ibi.

2 *Aliud est capisse facere, & aliud facere testamentum.*

Qui codicillos facit cum eodem tabellione, & testibus, censetur sub eadem solemnitate actus præcedentis disposuisse. ibi.

Testes interrogati parte non citata non faciunt fidem. ibi.

3 *De jure communi duæ testamenterum species.*

Idem de jure Regio. ibi.

4 *Quando non constat de forma dispositionis, ad solemnitatem observatam recurrentum est.*

5 *Codicillus subsequens videtur cum solemnitate fieri actus præcedentis.*

Actus non signatus dicitur imperfectus ratione voluntatis. ibi.

7 *Si deficiant solemnitates, ut testamentum valeat, ut in scriptis, valere potest ut nuncupativum.*

8 *Post testamentum in scriptis potest coram ijsdem testibus codicillos testator facere nuncupative.*

9 *Si testes non interrogantur citata parte, adhuc potest pars admitti, ut solemniter interroget.*